

# LVCII APVLEI
## MADAVRENSIS

# APOLOGIA
## SIVE DE MAGIA LIBER
ET
# FLORIDA

RECENSVIT

J. VAN DER VLIET

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCM






LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

# PRAEFATIO.

In edenda Apologia usus sum praeter editionem Kruegerianam et reliqua subsidia, quae mox recensebuntur, noua collatione librorum Florentiorum (F$\varphi$), quam ipse a. 1897 Florentiae degens confeceram. Si qua, ut fit, dubia subnascebantur, ea soluit discipulus meus, ornatissimus A. H. Kan, cum nuper studiorum causa diutius in Italia moraretur. Neque neglexi obseruationes, quas O. Rossbach in Hebdomario Philologico Berolinensi a. 1897 publici fecit iuris.

Collatio, qua[1]) in edenda Apologia usus est Kruegerus, quanquam Hildebrandiana multo accuratior, in plurimis tamen locis uerae codicum scripturae non respondet. Praeterea textus cum Apologiae tum Floridorum, ab antiquioribus editoribus et interpretibus multis coniecturis est conspersus, quae doctrinae quidem et sagacitatis illorum uirorum eruditorum luculentissimum exhibeant testimonium, partim vero sint inutiles, partim ad uerba scriptoris non satis presse se applicent. Haec omnia cum Kruegero repetere necesse non habui, iis tantum delectis, quae melioris notae esse uiderentur.

Codex Leidensis uel Doruillianus, de quo in praefatione Metamorphoseon, nec non Mnemosyne 1896, p. 2, 10 sqq. pluribus disputaui, Florida non continet neque in Apo-

[1]) De incuria qua Jos. Mueller, qui in gratiam Kruegeri librum Florentinum contulit, munere suo functus est, seuerum iudicium tulit Fred. Beyte: Quaestiones Appuleianae p. 27.

logia multum prodest. In parte enim priore satis accurate uulgatam repraesentat, ulteriora uero neglegentius scripta imprimis lacunis scatent et lacunulis. Post studia Beytii ludibrium codicis Victoriani resuscitare, non facile quisquam in animum induxerit. Et ipse amplam habui occasionem mihi persuadendi codicem, Victorianus qui diceretur, nihil esse nisi collationem codicis F pro temporum ratione satis diligenter factam.

In recensendis Floridis Kruegerus meliore usus est fundamento, collatione scilicet accuratissima a Studemundo facta, quam mihi in haud ita multis locis emendare uel explere contigit.[1]) Floridis subiunxi Prologum, qui dicitur, libri de deo Socratis, et forma et argumento Floridis simillimum.

In plurimis locis — numerus est in Apologia, praeter meras scripturae uarietates 164, in Floridis 54 — uel partim uel omnino de suspicionibus posteriorum ad lectionem redii siue utriusque libri Florentini, siue codicis F, siue denique primae manus codicis F. Illorum locorum sequitur conspectus: priore loco memoratur lectio codicis, altero editionis Kruegerianae.

Apologia 4, 8 Kr. clamitaret — clamitarat
4, 10 de morte cognati adolescentis — [d. m. c. a.]
6, 1 erupturam — erupturum
6, 14 sueta — consueta
6, 18 ferme — ferinae
8, 8 dissolueret — dissoluerit
8, 17 [non] *in* F *non extat* — non
9, 4 si — qui
9, 13 dicunt — dicant
10, 4 dentibus — dentium
11, 9 quicquam — quiquam
11, 18 facunda — fecunda
12, 4 obteruerit — obtriuerit
18, 1 piorum — philosophorum
18, 6 immodica — immodico
18, 9 optimati — optimatium
18, 11 percellentem — pellicientem
19, 2 commoneant — commoneat (ammoneant φ)
19, 21 accipi me — me accipi
21, 20 an — at
23, 17 praeterea — praetereo
24, 9 ea — ita
24, 11 adeo — ideo
24, 20 abdita — abditus
25, 19 uir — [uir]
26, 23 est enim — enim est
27, 5 Gn. — Cn.

[1]) Beytius (p. 15) enumerat locos aliquot, ubi Studemundus in tradendis lectionibus codicis F errore lapsus est.

27, 15 consules — [consules]
28, 12 eam — ea
29, 7 quippe qui — quippe quia
33, 17 colonia — [colonia]
35, 17 qui eam — quam
35, 20 oromazo — oromaze
36, 1 quippe qui — quippe quae (cf. 29, 7)
36, 3 Zamolxi — Zalmolxi (correxit ipse Krueger in Add. et Corrig.)
36, 7 Zoroastri — Zoroastris
36, 10 incredibilia — incredibili
37, 6 adnumeror — adnumerer
40, 16 iam — idem
40, 23 excidenda — exscindenda
41, 8 quaeritur — quaerito, *redii ad ordinem uersuum, quem praebet* F
42, 5 amissurum — emissurum
42, 9 omnem — omnium
42, 13 itemque — idemque
42, 16 nunquam — nusquam
42, 18 creterram — crateram cf. Florid. p. 186, 10. 12. 16
43, 7 Nerei $F^1$ — Nereidum
44, 1 scillam — scillas
44, 9 haec — hoc
44, 18 inuenit — inueni
45, 11 libro meo — meo libro
45, 23 coniectam — coniectari
— et — set
46, 23 cetera — et cetera
47, 6 quercerum — querceram
47, 19 Aristotelen — Aristotelem
48, 23 omnis afuisse — omnes abfuisse
49, 11 animalium — aquatilium
49, 18 tamen — [tamen]
52, 2 iusulentus — iussulentus
53, 1 qui — cui
53, 17 debere — decere
54, 4 medio — media
55, 4 sum — sim
56, 6 consultantibus — consulentibus
56, 15 stipe — stipem
58, 19 et tenerem — ut teneres
59, 13 odores — odore
61, 9 delegata — denegata
63, 13 igitur postquam — postquam
63, 21 modo — modum
67, 16 quippe qui — quippe [qui]
68, 20 obseruationum — obsecrationum
68, 22 reprehensum — deprehensum
70, 23 omnibus — omnium
71, 2 aliquis — aliqui
71, 3 qui — quis
71, 19 hoc — istoc
72, 2 locus aut — [locus aut]
72, 10 in animum — animum
73, 4 in eo — eo
— a taedae — taedae
73, 5 eum — [eum]
73, 6 iste — is
73, 21 perueniret — peruenisset
74, 9 reliquerit — reliquerat
75, 2 ac — [ac]
— [ad] *om.* F$\varphi$ — ad
76, 8 abligurriuit — abligurriit
76, 19 occulta — occulto
77, 21 [ut] *omis.* F$\varphi$ — ut
79, 18 cedo tu eum — cedo, ut eum
80, 3 em — en
80, 8 autem — [autem]
80, 10 uidet — uidit
81, 8 et origo — [et origo]
81, 12 neque — nec
— uice ulla — ulla uice
81, 16 taceo — tacebo
85, 1 effundere — effudere
86, 8 eo ad — adeo
86, 23 approbant — approbabant
88, 29 et ita — ita
90, 8 prospectum — prospectu
90, 17 fierem — fieremque

90, 21 quoniam — [quoniam]
90, 24 si — sin
92, 15 commentator — commentor
92, 17 locus — lutum
93, 24 et — at
— tutus — tectus
94, 1 ex — de
95, 12 rem — res
96, 10 minitari — minitaris
96, 19 Pontiani — Pontiano
96, 23 destrictius — districtius
97, 5 me magum esse — magum me esse
97, 7 oratione — operatione
97, 8 tandem — tamen
97, 20 inquit — inquies
100, 12 ferret — faceret
100, 27 *τε* — *σε*
101, 17 calumnia se mergit (*cdd.* calumnias emergit) — calumnia se emergit
102, 23 prouulgari — promulgari
103, 10 in — [in]
103, 13 ne — [ne]
103, 15 cogitas — cogites
104, 14 quidem — quondam
104, 26 ullas alias — alias
105, 15 blandirem — blandirer
107, 1 sui — ⟨quantum⟩ scio
108, 21 [pro] *om.* F — pro
109, 6 Aemilianus et Rufinus — Aemilianus
109, 20 si — sin
110, 25 Carmendas — Tarmoendas
110, 2 uel his . . . . — Velus uel
110, 3 Iohannes (iohs F) — Iannes
111, 6 [habere] *om.* F φ — habere
111, 23 iam — nam
112, 8 fuat — fuerit
113, 15 expectans — suspectans
113, 18 infausti — infandi
113, 19 [ut] *om.* F φ — ut
114, 24 istam — ista
115, 17 aueo (abeo F φ) — adeo
115, 18 lectitare — lectitarem
116, 5 et — ac
116, 10 nec — neque
117, 9 posses — possesne
118, 20 male comparatam — mali compertam
118, 24 aestimasse — exterminasse
119, 4 (aliquem F) aliquam φ — alioqui
119, 22 aduersare — aduersaris
120, 6 conuiuio — conuiuii
120, 7 uisitor — uisitur
121, 13 quiuis — quis
122, 1 ei — eam
122, 12 insanum — insanam
123, 1 dictet — dictet ⟨et⟩
123, 13 Coruinius — Coruinus
124, 8 cum donasset (condonasset F φ) — condonaret
124, 14 cantaminibus — carminibus
125, 18 prior natu ista (is *cdd.*) est — posterior natus sum
125, 23 tutus sum — tuitus es
125, 25 cum septem pennis — si consaeptum penitus

Florida.
145, 11 umigatus — fumigatus
145, 16 et loquere — eloquere
146, 7 conuerterat — conuerteret
147, 14 cantus — catus
149, 18 siue — seu
151, 1 isdem — iisdem
151, 7 sit — fit
151, 12 idque — ideoque
153, 16 adsimularet — adsimularent
154, 7 disertius — disertis
154, 16 malignus — malignis

155, 3 neglegenter — [neglegenter]
155, 11 uerum — ⟨ad⟩ uerum
155, 16 praeco — praeco ⟨ceu⟩
157, 7 crepidas — [crepidas]
161, 2 scruposum — scrupulosum
161, 9 auis — [auis]
163, 6 stercoris — tergoris
164, 1 duxit (dux F φ) — ducit
164, 5 magistri — magistrum
164, 19 uel inde — ueluti
165, 6 lacullatur — lacunatura
165, 17 quis — quos
165, 18 dilectus — dilectos
165, 20 et — etsi
166, 6 Pythagoran — Pythagoram
166, 18 numinum — luminum
168, 2 breui — biennii
169, 2 improuisa — improuiso
169, 3 subito — [subito]
169, 10 saepenumero — saepe: numerum
170, 3 relicum — relicuum
171, 8 recordatus — recordatum
171, 22 utiquam (*cf.* 178, 8) — utili quam
172, 20 debeat — deceat
172, 22 liber — [liber]
172, 24 uobiscum — uobis com-
173, 18 mereor — uereor
174, 11 Carthaginis — Carthagini
175, 4 egone scirem (ego nescirem F φ) — ego ni scirem
175, 7 curia — [curia]
175, 12 praefascine — praefiscine
176, 4 eius — enim
178, 10 Africana — aprica
183, 19 praedicaris — praedicaueris
185, 1 nam et — namque
185, 19 enim — etiam
186, 3 habebant — auebant
186, 10. 12 creterra — cratera cf. Apolog. 42, 18
186, 17 geometriae — geometricae
187, 4 Xenocrates — Xenophanes

In uerborum scriptura eandem secutus sum rationem, quam exposui in praefatione Metamorphoseon p. VI.

In explendis auctoritabus et imitaminibus iam a Kruegero, exemplo uetustiorum interpretum, adlatis, grato animo Weymanni et Gatschae studiis usus sum.

Cum de lectione loci, qui est p. 107, 11 Apologiae dubitarem, indicauit mihi collega H. van Herwerden in papyro Oxyrhyncho (edd. Grenfield et Hunt. vol. II, p. 16) us. 38 sqq. legi — *ἄκουε· ταύτην γν⟨ησίων⟩ παίδων ἐπ' ἀρότῳ σοι δίδωμι. B. λ⟨αμβάνω⟩.*

Libri, libelli uel disputationes, quae mihi in edendis Apologia et Floridis uel auxilio fuerunt uel quidem ad hoc argumentum pertinentia innotuerunt, eorum scriptorum nomina haec sunt:

Editio quam curauit Bosscha, et ea continetur vol. II editionis Oudendorpio — Ruhnkehnianae cum commentario Pricaei in Apologiam, qui extat in vol. III eiusdem libri.
Editiones Hildebrandiana et Kruegeriana.
Fr. Beyte. Quaestiones Appuleianae. Lipsiae 1888, p. 40—48, 66.
Fr. Gatscha. Quaestionum Apuleianarum capita tria, Vindobonae 1899.
A. Goldbacher. De L. Apulei Madaurensis Floridorum, quae dicuntur, origine et de locis quibusdam corruptis. Lipsiae 1867.
Idem. Zeitschrift für die Oesterreichischen Gymnasien 1867 p. 35—43, 556—576 et 1868 p. 803—818.
Idem. Apulei Madaurensis opuscula quae sunt de philosophia. Vindobonae 1876.
M. Haupt. Opuscula III 326. 327.
Theod. Jeltsch. De Apulei Floridis. Breslau 1867.
R. Klussmann. Curae Africanae p. 7. Gera 1883.
H. Koziol. Zur Kritik und Erklärung des Apuleius. Progr. des Leopoldstädter Gymnasiums. Wien 1869, p. 34. 35.
Idem ibidem. Progr. 1870.
Idem. Zur Kritik und Erklärung der kleineren Schriften des L. Apuleius. Wien 1872, p. 2. 3. 11—33.
A. J. Kronenberg. Ad Apuleium Madaurensem. Progr. Gymnasii Erasmiani. Roterodami 1892, p. 3—13.
B. Kübler. Archiv f. L. L. v. VIII, p. 137.
Chr. Lütjohann. Apulei de deo Socratis liber. Greifswald 1878.
H. Müller. Rhein. Mus. 1867, vol. 22, p. 463. 645; 1868, vol. 23, p. 445.
J. J. Ott. Neue Jahrb. f. Phil. 115, 67.
Idem ibidem 1885, vol. 40, p. 108—113.
H. Rönsch. Rhein. Mus. 1876, vol. 31, p. 148.
O. Rossbach. Zu Apuleius de magia. Berlin. Wochenschrift 1897. 22. Mai, 17. Jhg. Nr. 21.

H. Sauppe. Gött. gel. Anz. 1865, 1545.

J. v. d. Vliet. De Apulei Apologia. Mnemosyne. N. S. vol. 13, 1885, p. 222—227.

Idem ibidem. Ad Apuleium. N. S. vol. 16. 1888, p. 156—161.

Idem ibidem. Varia ad varios. N. S. vol. 20. 1892, p. 415.

Idem ibidem. N. S. vol. 27. 1899, p. 16 — 23, Apulei Floridorum fragmentum XVI.

E. von Wölfflin. Archiv f. L. L. VII, p. 117.

## SIGLA.

F uel $F^1$ manus ipsius qui scripsit codicem Florentinum 68, 2.
$F^2$ manus primi correctoris eiusdem codicis.
*m. r.* manus posteriorum correctorum eiusdem codicis.
$\varphi$ uel $\varphi^1$ manus ipsius qui scripsit codicem Florentinum 29, 2.
$\varphi^2$ manus primi correctoris eiusdem codicis.
*m. r.* manus posteriorum correctorum eiusdem codicis.
δ codex Leidensis uel Doruillianus.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| M | „ | Monacensis | libri | de | deo | Socratis |
| G | „ | Gudianus | „ | „ | „ | „ |
| A | „ | Parisinus 8624 | „ | „ | „ | „ |
| P | „ | „ 6634 | „ | „ | „ | „ |
| L | „ | Laurentianus 76, 36 | „ | „ | „ | „ |
| Ma | „ | Marcianus 284 | „ | „ | „ | „ |

Hunc librum Goldbacher appellauit F, equidem, ne cum Florentino-Mediceo confunderetur, illum indicaui siglo Ma.

# L. APVLEI MADAVRENSIS
# APOLOGIA SIVE DE MAGIA LIBER

Ed. Oudend. vol. II. (377) p. 3 Kr.

Laur. LXVIII 2 f. 104b. Laur. XXVIIII 2 f. 1a.

I Certus equidem eram proque uero obtinebam, Maxime Claudi quique in consilio estis, Sicinium Aemilianum, senem notissimae temeritatis, accusationem mei prius apud te coeptam quam apud se cogitatam penuria criminum solis conuiciis impleturum. quippe insimulari quiuis innocens potest, reuinci nisi nocens non potest. quo ego uno praecipue confisus gratulor medius fidius, quod mihi copia et facultas te iudice optigit purgandae apud imperitos philosophiae et probandi mei. quanquam istae calumniae ut prima specie graues, ita ad difficultatem (378) defensionis repentinae fuere. nam, ut meministi, dies abhinc quintus an sextus est, cum me causam pro uxore mea Pudentilla aduersus Granios aggressum de composito necopinantem patroni eius incessere maledictis et insimu-

MADAVREN̄: APVLEJ . PLATONICI . DE MAGIA . LIBER PRIM'. φ, *deest inscriptio in* F

2 Tac. Ann. III 57.

1 ma ⸤a⸥ CLF maxime CLφ c. 85. A. p. 94. 9 Kr. 3 prius ⸤prius⸥ apud te ⸤te ceptam⸥ cεpta³ F apud te ceptam ⸤in tuo iudicio coram te coeptam⸥ φ 4 quaṃ φ 6 reuinci ⸤con⸥ φ 8 optigit F 9 quanquam F quamquam φ 10 difficu.tatem ⸤l⸥ φ 12 sex.us ⸤t⸥ φ 13 .....nio ⸤gnioς⸥ ς aggressum F (agere *in* F *non est, sed supra* aggressum *fortasse aliquid scriptum est, quod dispici non potest*) granios agere ⸤ag⸥ gressum φ 14 ....ni εt ⸤patroni eq3⸥ F (*post* ....ni ſ *erasa esse uidetur*) patroni ei φ patroni eorum *Casaubonus*: nec opinantem ⟨Aemilianus⟩ patroni⟨que⟩ eius *conieci* Mnemos. 1885. p. 222. *Patroni Aemi-*

f. 104b. f. 1a. Ed. Ouden

lare magicorum maleficiorum ac denique necis Pontiani priuigni mei coepere. quae ego cum intellegerem non tam crimina iudicio quam obiectamenta iurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocaui. ibi uero Aemilianus cum te quoque acrius motum et ex uerbis rem factam uideret, quaerere occepit ex diffidentia p. 4 Kr

II latibulum aliquod temeritati. igitur Pontianum fratris sui filium, quem paulo prius occisum a me clamitaret, postquam ad subscribendum compellitur, ilico oblitus est. de (379) morte | cognati adolescentis subito tacere† tanti criminis descriptione, †tamen ⟨*ne*⟩ omnino desistere uideretur calumnia, magia*m*, quae facilius infamatur quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. ac ne id quidem de professo audet, uerum postera die dat libellum nomine priuigni mei Sicini ‖ Pudentis admodum pueri et (380) adscribit se ei adsistere, nouo more per alium lacessendi, scilicet ut optentu eius aetatulae ipse insimulationis falsae

*liani memorantur* 383 O. p. 5. 23 Kr., 481 O. p. 47. 21 Kr.; *inter illos fuit Tannonius Pudens cf.* 386. O. p. 6. 23 Kr.

1 maleficicorum F | pon|tianis ⌊tiani⌋ (*ultima sunt difficilia lectu*) F 3 obiectamta ⌊ta⌋ obtectamenta φ *ex corr.* 6 ũ bis F | fictam (*corr. ex* factam) φ | occepit φ (o *ex corr.*) accepit F 8 quem] qui *Bosscha* quum *Cas.* cum *Rohde* | patulo φ | occisum *supra lineam scr. m.* 1, *postea rescriptum* | clamitaret F clamitarat φ p qua co pel|lit . il|co oblitus eſt dε mortε cognati adoleſ| centiſ . subito ta⌊⌊cerem⌋⌋ F tacerem φ [de morte cognati adolescentis] sin subito taceret *Kr.* 11 δε⌊ſ⌋⌊ꝗ⌋p|tione ⌊descrip⌋ F descriptione φ oblitus est de morte cognati adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne — uideretur, calumniam Magiae *Bosscha* | tamen F tamen.. ⌊ne⌋ φ | desiste φ 12 *interpunxi post* calumnia | magiam *Rohd.* magia F φ *Kr.* | qia ⌊u⌋ (*uirgulam qua* q *transfixa est, scr. m. r.*) φ 13 acusandum ⌊c⌋ φ 14 aude⌊⌊t⌋⌋ ⌊audet⌋ F 15 Sicini..F | prudentis φ 16 adscribit φ | ej F | assistere F φ 17 optentu F φ | e ⌊eius⌋ F

Ed. Oudend. f. 104b. f. 1a.

non plecteretur. quod tu cum sollertissime animaduertisses et idcirco eum denuo iussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita facturum ne sic quidem quitus est ut comminus ageret percelli, *sed iam* et aduersum te contuma*x* eminus calumniis uelitatur. ita totiens ab accusandi periculo profugus in adsistendi uenia (381) 5 Kr. perseuerauit. igitur et priusquam causa ageretur, facile intellectu cuiuis fuit, qualisnam accusatio futura esset, cuius qui fuerat *auctor* et machinator idem fieri *professor* timeret, ac praesertim Sicinius Aemilianus, qui si quippiam ueri in me explorasset, nunquam profecto tam cunctanter hominem extraneum tot tantorumque criminum postulasset, qui auunculi sui testamentum quod uerum sciebat pro falso infamarit, tanta quidem pertinacia, ut cum Lollius Vrbicus V. C. uerum uideri et ratum esse debere (382) de consilio consularium uirorum pronuntiasset, contra clarissim*a* uoc*e* iurauerit uecordissimus iste tamen, illud testamentum fictum esse, adeo ut aegre Lollius Vrbicus ab eius pernicie temperarit. quam quidem uocem et tua III aequitate et mea in|nocentia fretus spero in hoc quoque f. 1b.

5 Met. VIII. 25. p. 183. 2, V. 11. p. 103. 13.
18 cf. Sulpic. Seuerus. Chronic. I. 17. 1.

1 anima[d]uertisses φ 3 [se] facturum F 4 q[n]tus F quintus est ut φ | [3] cominus F cõmiñ φ | percellis F perpellis φ | sed‖iam et *Bosscha* etiam et F φ 6 a[c]cusandi φ | adsistendi F assistendi φ 7 prius q[u]m φ 9 professor et machinator, idem fieri auctor F φ *transposuit Pricaeus* 10 timeret F | *post* Aemilianus *in* F *rasura paruula est* 11 cun|ctanter φ 12 ex[tra]cidoneum φ 14 infamaret F infa[p. uit]maret φ | *post* pertinacia *in* F *rasura* ptinacia φ (a *altera in ras. corr.*) 15 *post* Urbicus *in* F *rasura longior, in qua nihil conspicitur nisi* c *et ante* c *uestigia manifesta litterae* [illegible]; V. C. φ 16 consiliarium *Lipsius* | clarissimorum *Salm.* pronunciasset φ 17 clarissimam uocem F φ 20 frectus φ

f. 105a. f. 1b. Ed. Oudend.

iudicio erupturam, quippe qui sciens innocentem criminatur eo sane facilius, quod iam, ut dixi, mentiens apud praefectum urbi in amplissima causa conuictus est. nam- (383) que peccatum semel ut bonus quisque postea sollicitius cauet, ita qui ingenio malo est confidentius integrat, ac iam de cetero quo saepius, eo apertius delinquit. pudor enim ueluti uestis quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. et ideo necessarium arbitror pro integritate pu-
f. 105a. doris mei, priusquam ad rem aggrediar, male||dicta omnia refutare. sustineo enim non modo meam, uerum etiam philosophiae defensionem, cuia magnitudo uel minimam reprehensionem pro *ma*ximo crimine aspernatur: propter quod paulo prius patroni Aemiliani multa in me proprie conficta et alia communiter in philosophos sueta ab imperitis mercennaria loquacitate effutierunt. quae etsi (384) p. 6 K possunt ab his *f*utiliter blaterata ob mercedem et auctoramento impudentiae depensa haberi, iam concesso quodam ⟨*modo*⟩ more *r*abulis id genus, quo ferme solent linguae suae uirus alieno dolori locare, tamen uel mea causa (385) paucis refellenda sunt, ne is qui sedulo laboro, ut ne quid maculae aut inhonestamenti in me admittam, uidear cuipiam, si quid ex friuolis praeteriero, id agnouisse potius quam contempsisse. est enim pudentis animi et uerecundi, ut mea opinio fert, uel falsa uituperatione

1 erupturam F$\varphi$ erupturum *Kr. cum Cas.* 3 urbi⌊s⌋ $\varphi$ 5 inte⌊g⌋ret F 7 obsolentior F$\varphi$ 11 cu⌊3⌋ia⌊3⌋ F cuius *uulgo* 12 ꝑ ximo crimine F proximo crimine $\varphi$ pro maximo c. *Elm.* pro summo c. *Lips.* 13 in me ꝓ'e $\varphi$ 14 sueta (*in ras. scrips. m. antiqua si non prima*) F sueta $\varphi$ (*non* sueta ficta) consuta *Kr.* 15 mercennaria F mercennaria $\varphi$ | eff⌊u⌋itierunt $\varphi$ 16 futiliter *Colv.* utiliter F$\varphi$ | blaterata F$\varphi$ cf. 472 O. p. 44. 4 *Kr.* 17 inpudentiae $\varphi^1$ imp. $\varphi^2$ | depenfa F depensa $\varphi$ | quodam ⟨modo⟩ *scripsi* 18 rabulis *Colv.* fabulis F$\varphi$ ferme F$\varphi$ ferinae *Kr.* 22 fri⌊u⌋bolis F fribolis $\varphi$ 24 ui⌊pe⌋turatione F ui⌊pe⌋turationes $\varphi$

grauari, cum etiam hi qui sibi delicti alicuius conscii sunt, tamen cum male audiunt, impendio commoueantur et obirascantur, quanquam, exinde ut male facere | coeperunt, consueuerint male audire. quod si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibimet conscii sunt, posse se merito increpari. enimuero bonus et innoxius quisque rudis et imperitas auris ad male audiendum habens et laudis assuetudine contumeliae insolens multo tanto ex animo la-
(386) borat, ea sibi immerito dici quae ipse possit aliis uere obiectare. quod si forte inepta uidebor et oppido friuola uelle defendere, illis debet ea res uitio uorti, quibus turpe est etiam haec obiectasse, non mihi culpae dari, cui honestum erit etiam haec diluisse.

Audisti ergo paulo prius in principio accusationis ita IV
dici: 'accusamus apud te philosophum formosum et tam graece quam latine' — pro nefas — 'disertissimum'. nisi fallor || enim, his ipsis uerbis accusationem mei ingressus est Tannonius Pudens, homo uere ille quidem non disertissimus. quod utinam tam grauia formae et facundiae crimina uere mihi opprobrasset: non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander Hectori:

p. 7 Kr. *οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,*
*ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.*

22 Hom. Il. *Γ* 65 sq.

3 quāq (a *suprascr.*) φ 7 adiendum (u *suprascr.*) φ (*corr. m.* 1) 8 tanta Fφ 10 oblectare Fφ (*in* φ *m. r. corr. in* objectare) 11 uorti F[1]φ *cf.* c. 34. A. p. 44. 1 Kr., uerti F[2] 12 oblectasse F oblectasse (⌊i⌋ *suprascr.*) φ 14 audisti igitur φ 15 acusamus (⌊c⌋ *suprascr.*) φ 16 di⌊fertiss⌋imum (sertiss *post ras. in loco uacuo scr.*) 17 hij (⌊s/⌋ *suprascr.*) F 21 ⌊quod⌋ F | omericus Fφ 22 OYTOI..... HTEC. TIΘEѠ | NEpIKydea dερa (ω *suprascr.*) occα KENdyTOI dѠCIN|EKѠN-doyκ HTIC ЄλOyTO F οντειaнвaнтec. τι ΘeѠ|NepIICydѠ|γα oecα κeн αyτoι dωσιν eleωv doy|κaнτιcελoyτo φ

f. 105a. f. 2a. Ed. Ouden.

[munera deum gloriosissima nequaquam aspernanda: quae
tamen ab ipsis tribui sueta, multis uolentibus non obtin-
gunt.] haec ego de forma respondissem. praeterea: licere
etiam philosophis esse uoltu liberali: Pythagoram qui pri- (387)
mum se esse philosophum nuncuparit, eum sui saeculi
excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum
Velia oriundum, qni primus omnium sollertissimo artificio
⟨*argumentum*⟩ ambifariam dissolueret, eum quoque [Zeno-
f. 2a nem] longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat: item- (388)
que | multos philosophos ab ore honestissimos memoriae p. 8 Kr.
prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis orna-
uerint. sed haec defensio, ut dixi, aliquam multum a me
remota est, cui praeter formae mediocritatem continuatio
etiam litterati laboris omnem gratiam corpore deterget,
habitudinem tenuat, sucum exsorbet, colorem obliterat,
uigorem debilitat. capillus ipse, quem isti aperto mendacio
ad lenocinium decoris promissum dixere, uides quam sit
amoenus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus,
stuppeo tomento adsimilis et inaequaliter hirtus et glo- (389)
bosus et congestus, prorsum inenodabilis diutina incuria

4 Laert. Diog. I prooem. 12.
6 Laert. Diog. VIII 1, 11.
9 Plat. Parmenid. p. 127b, Laert. Diog. IX 5, 25.
20 *cf.* Metam. VI 28 p. 138, 26 *sqq.*

dm̄ Fφ | aspernunda Fφ 4 uoltu F uo⌊u⌋ltu (o *ex* u *corr. est*) φ | pithagoram Fφ 5 ⌊ṽ⌋ ñ cuparit 6 senonem φ 7 uelia⌊a⌋ F 8 ⟨argumentum⟩ *inserui cf. Florida* 88. O, p. 30. p. 10 Kr. „anceps argumentum ambifariam proposuit“ | dissolueret Fφ dissoluerit *uulgo* | senonem φ 11 ornauerint⌊runt⌋ F ornauerñт φ 13 c̃tinu⌊a⌋tio F 14 litterati⌊litteraſ⌋ F 15 sucum F sucum̄⌊c⌋ φ | obliterat F 17 quam sit Fφ quam non sit *Kr.* 18 amenus Fφ 19 to////.m̄to Fφ | adsimilis *in* F *prima manus fuisse uidetur, deinde corr. in* aſsimilis, *postremo fuit* ////adsimilis | ⌊h⌋irtus Fφ

non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi. satis, ut puto, crinium crimen quod illi quasi capitale intenderunt refutatum.

(390) De eloquentia uero, si qua mihi fuisset, neque mirum V neque inuidiosum deberet uideri, si ab ineunte aeuo|| unis f. 105b. studiis litterarum ex summis uiribus deditus, omnibus aliis spretis uoluptatibus ad hoc aeui, haud sciam anne super omnis homines impenso labore diuque noctuque cum despectu et dispendio bonae valetudinis eam quaesissem. sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, si quid om- p. 9 Kr. nino promoui, potius spero quam praesto. sane quidem, si uerum est, quod Statium Caecilium in suis poematibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse, ego uero profiteor ista ratione ac praefero, me nemini omnium de eloquentia concessurum. quis enim me hoc quidem pacto eloquentior uiuat, quippe qui nihil unquam cogitaui, quod eloqui non auderem? eundum me aio facundissimum esse; nam omne peccatum semper nefas habui: eundem disertissimum, quod nullum meum factum uel dictum extet, de quo disserere publice non possim ita, ut iam de uersibus dissertabo, quos a me factos quasi pudendos pro- (391) tulerunt, cum quidem me animaduertisti cum risu illis suscensentem, quod eos absone et indocte pronuntiarent.

Primo igitur legerunt e ludicris meis epistolium de VI dentifricio uersibus scriptum ad quendam Calpurnianum,

12 v. 248 Scaen. R. poes. fr. ed. Ribb.[3] vol. II. p. 86.

3 refutatum *cod. Lipsianus* refutatur Fφ 4 fuiss; φ 5 si Fφ qui *Kr. cum Oud.; fortasse fuit:* si quidem 6 litterarum F 8 omnes φ 9 ualetudinis (ˌiˌ) φ 11 presto F 13 dicant F *sed fuit* dicunt (u *in* à *mut. m. r.*) F *i. mg. est* cān; dicanto (ˌlaudoˌ) φ 20 disserere] diserere (ˌsˌ) F deserere (ˌissˌ) φ | uorsibus Fφ[1] 21 disertabo (ˌsˌ) F 23 suscensentem Fφ[1] | pronunciarent φ 25 dentifrigio F[1]φ | quondam ad *Jahn* | Calprunianum (ˌrˌ) φ

f. 105b. f. 2a. Ed. Oudend.

qui cum aduersum me *meas* litteras promeret, non uidit profecto cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. nam petisse eum a me aliquid tersui dentibus, uersus testantur:

Calpurniane, salue properis uersibus.
misi, ut petisti, mundici*n*as dentium,
nitelas oris ex Arabicis frugibus, (392) p. 10 Kr.
tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
complanatorem tumidulae || gingiuulae,
conuerritorem pridianae reliquiae,
ne qua uisatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

quaeso, quid habent isti uersus re aut uerbo pudendum? quid omnino, quod philosophus suum nolit uideri? nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo aequius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina (393)
dentem atque russam pumicare gingiuam.

17—18 Catull. XXXVIIII 17—21.

1 meas *scripsi* eas Fφ | li⌊t⌋teras F | n̄ uidit Fφ 4 dentib; Fφ dentium *Kr.* 5 *sqq. in* F *ita leguntur:*

Calpurniane
salue ꝑ(⌊r⌋) peris uersibȝ. Nisi forte in eo rep̄hen
dendus su¹ quod Calpurniano puluisculu³ ex
arabicis frugib; miseri³ que³ multo////ęqus erat
spurcissimo ritu hiberoꝝ ut ait catullus sua
sibi urina dente³ atq; russa³ pumicare gingiua³
*in mg.* K Misi ut petisti munditias dentiu³ Nitelas
oris ex arabicis frugib; Tenue³ candificum.
nobile³ puluisculu³ Co³planatore³ tumidulę
gingiuule Conuerritore³ pridianę reliqę. Ne qua
uisatur tetra labes sordiu³ Restrictis forte si
labellis riseris.

*signum* K *in* F *in mg. est, in* φ *in textu exstat post* gingiuam *signum idem* 5 Ca⌊l⌋p⌊o⌋urniane φ 6 mundicinas *Lipsius* mundicias φ 9 tumidue φ (l *scrips. m.* 1) 11 tabes *Baehrens* 14 nollit F nollit φ 16 miserim φ *corr. ex* miseram 17 pumicare] defricare *libri Catulli.*

VII Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentis, cum munditias oris uidelicet orator ille aspere accusaret et dentifricium tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam uenenum. quidni? crimen haud contemnendum [philosopho], nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis apertum ⟨*opertum*⟩ immundum pati ac fetulentum, (394) praesertim | os, cuius in propatulo et conspicuo usus ho- f. 2b. mini creberrimus, siue ille cuipiam osculum ferat, seu cum quicquam sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue in templo preces alleget: omnem quippe hominis actum sermo praeit, qui, ut ait poeta praecipuus, dentium muro proficiscitur. dares nunc aliquem similiter grandiloquum: p. 11 Kr. diceret suo more, cum primis cui ulla fandi cura sit, impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi uestibulum et orationis ianua et cogitationum comitium. ego certe pro meo captu dixerim, nihil minus quam oris illuuiem libero et liberali uiro competere. est enim ea pars hominis loco celsa, uisu prompta, usu facunda. nam quidem feris et pecudibus os humile et deorsum ad pedes deiectum, uestigio et pabulo proximum, nunquam ferme nisi mortuis aut ad morsum exasperatis conspicitur: hominis uero nihil prius tacentis, nihil saepius loquentis contemplere. VIII uelim igitur censor meus Aemilianus respondeat, unquamne ipse soleat pedes lauare: uel, si id non negat, contendat*ne* maiorem curam munditiarum pe- (395) dibus quam dentibus inpertiendam. plane quidem, si quis

12 Hom. Od. α 64.
20 cf. c. 54 p. 64. 14. Kr.

2 mundicias φ 4 contemnendum ⌊philosopho⌋ nihil in se F 5 [philosopho] *seclusi tanquam non a manu prima profectum* 6 apertum ⟨opertum⟩ *scripsi* aspectu immundum *Rohde* īmūdū *mg.* φ mundum F φ (F *in mg. habet* ɩ) 9 quicquam F φ quiquam *Coluius, Kr.* | audit⌊o⌋ario φ 13 tuo more *Rohde* suo iure *Lipsius, uterque perperam; indicatur enim aliquis grandiloquentia Homeri similis* 17 illubiem F illuuiē φ 18 facunda F φ fecunda *Kr.* 19 humile ///// et deorsum F (*in litura* est *fuisse* ‖ *uidetur*) 25 contendatne *Jahn* contendat F φ mundiciarum φ 26 impertiendam φ

ita ut tu, Aemiliane, nunquam ferme os suum nisi male- f. 106a. dictis et calumniis aperiat, censeo, ne ulla ‖ cura os percolat, neque ille exotico puluere dentis emaculet, quos iustius carbone de rogo obteruerit, neque saltem communi aqua perluat: quin ei nocens lingua mendaciorum et amaritudinum praeministra semper in fetutinis et olenticetis suis iaceat. nam quae, malum, ratio est, linguam mundam et laetam, | uocem contra spurcam et tetram possidere, uiperae ritu niueo denticulo atrum uenenum inspirare? ceterum qui sese sciat *o*rationem prompturum neque inutilem neque iniucundam, eius merito os, ut bono potui poculum, praelauitur. et quid ego de homine nato (396) diutius? belua immanis, crocodilus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque, ut comperior, purgandos sibi dentis innoxio hiatu praebet. nam quod est ore amplo, sed elingui p. 12 Kr. et plerumque in aqua recluso, multae *hirudines* dentibus implectuntur: eas illi, cum egressus in praeripia fluminis hiauit, una ex [auibus] fluuialibus amica auis iniecto rostro (397) sine noxae periculo exsculpit.

IX Mitto haec. uenio ad ceteros uersus, ut illi uocant, (398) amatorios, quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium mouerent. sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scribonii Laeti, amici mei, carmine laudaui? an

10 cf. Verg. Georg. IV. 236.
13—21 Herod. II. 68; Aristot. VIIII. 6. p. 612.a; Aelian. de n. a. III. 11.
12 cf. 418 O. p. 20. 20 Kr., Met. IX. 1. p. 189. 5.

4 obteruerit F[1]φ (*mutauit in* F *m. r. in* obteruerat) *cf. Metam.* VIII. 23, 181. 12; XI. 28, 274. 27 *et Charisius* III. 1 p. 248. 4 *Keil*: 'tero teris terui *et* triui *iuxta Apuleium*', 5 mendaciorum none φ 8 leatam F letam φ *superscr. m. r.* c. lotam 10 orationem *Stewech.* sciat | rationem F 11 iniocundam φ 12 plabitur Fφ | et quid *sic* F 13 crocodillus Fφ 15 amplo *deest in* φ *add i. mg. m.* 2 | sed F[1] set F[2] *superscr. m.* 3 set 16 hirudines *Casaub.* ////arundines F arundines φ 17 imple(c)tuntur φ | pripia Fφ 18 [auibus] (////) *seclusit Brantius* | inlecto (iniecto) F 19 exculpit φ 23 Scribonii F

Ed. Oudend. f. 106a. f. 3a.

ideo magus, quia poeta? quis unquam fando audiuit tam ⟨*ueri*⟩ similem suspicionem, tam aptam coniecturam, tam proxumum argumentum? 'fecit uersus Apuleius.' si malos, crimen est, nec id tamen philosophi sed poetae: sin bonos, quid accusas? 'at enim ludicros et amatorios fecit.' num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me magiae detulistis? fecere tamen et alii talia, etsi uos
p. 13 Kr. (399) ignoratis: apud Graecos Teius quidam et Lacedaemonius et Ci*us* cum aliis innumeris; etiam mulier Lesbia, lasciue
(400) illa ‖ quidem tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguae suae dulcedine carminum commendet; apud nos uero Aedituus et Portius et Catulus, isti quoque | cum aliis in- f. 3a.
numeris. 'at philosophi non fuere.' num igitur etiam Solonem fuisse serium uirum et philosophum negabis? cuius ille lasciuissimus uersus est:

*μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.*

p. 14 Kr. et quid tam petulans habent omnes uersus mei, si cum isto uno contendantur? ut taceam scripta Diogenis Cynici et Zenonis Stoicae sectae conditoris, id genus plurima. recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere:

(401) et Critias mea delic*ies et* salua, Charine,
(402) pars in amore meo, uita, tibi remanet.

11 Gell. XIX 9. 10—14.
16 Plut. Amat. c. 5; Athenaeus p. 602. e.
18 Laert. Diog. VI. 2. 80 et VII. 1. 34.

2 ⟨ueri⟩ similem *scripsi ex suspicione Krügeri* similem F φ | suspicionem F φ | aptam *ex corr. in ras.* F a⌊p⌋ertam φ 3 proxumum F φ | uorsus F[1] φ[1] *cf.* 390 O, p. 9. 9 Kr. 7 et si F φ 9 Cius *Bosscha* ciuis F φ 11 dulce⌊di⌋ne F 12 Portius F Porcius φ 14 uerum et F φ 16 MHPΩN EIMEIPΩN 17 ecquid *Sauppe* exquid F et quid *Kr.* 18 Dyogenis Cinici F φ *in mg. sinistro* Zeno 9ditor secte Stoyce F 19 ⌊pl⌋uri⌊ma⌋ (⌊a⌋ *supra*) F 20 me *in* F *supra uersum scr. m.* 2 21—p. 14, 4 in F *haec ita scripta sunt*:

Et critias mea . deli⌊tescet⌋ et (*fere erasum*) salua charine
pars in amore meo uita tibi remanet.

f. 106a. f. 3a. Ed. Oudeni

ne metuas: nam me ignis et ignis torreat ut uult,
  hasce duas flammas, dum potiar, patiar.
hoc modo sim uobis, unus sibi quisque quod ipse est:
  hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.

recitem nunc et alios, quos illi quasi intemperantissimos postremum legere:

florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono.
  carmina dono tibi, serta tuo genio: p. 15 Kr.
carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur, (403)
  quae bis septeno uere tibi remeat:
serta autem, ut laeto tibi tempore tempora uernent,
  aetatis florem floribus ut decores.
tu mihi d*es* contra pro uerno flore tuum uer,
  ut nostra exuperes munera muneribus.

Ne metuas na[3] me ignis et ignis torreat ut uult.
  hasce duas fla[3]mas du[3] potiar pati⸤ar⸥a⸤⸥r
Hoc modo si[3] uob̄ unus sibi qſp; qd̄ ipse est.
  hoc mihi uos eritis quod duo sunt oculi.

*ad* Et critias *in mg. dextro scriptum est fere* χι cf. *ad* 7, *versus esse indicari uidetur* delicies et *Salm.* mea delicie stet salua φ delicia est *Kr. Baehr.*

1 et ignis *in* F *add. m.* 2  5 recit⸤e⸥[3] F *in mg. dextro est* p̄s (= prosa?)  7 — p. 15, 4 *in* F *ita scripta sunt*:

Florea serta meu[3] mel et hec tibi carmina dono.
  Carmina dono tibi . serta tuo genio.
Carmina uti Critia lux hec ⸤optata⸥ optata canat[2]
  Quę bis septeno uere tibi remeat.
Serta ⸤aute[3]⸥ au̅ utlęto tibi te[3]pore te[3]pora uernent.
  ętatis flore[3] florib; ut decores.
Fu mihi das contra ꝓ uerno flore tuu[3] uer.
  ut nr̄a exuperes munera munerib;
ꝓimplexis sertis co[3]plexu[3] corpore redde
  ꝓq; rosis oris sabia purpurei.
Quod si animu[3] inspires dona et nam carmina nr̄a
  cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

*ad* Florea *in mg. dextro add. est fere* Ψ, *cf. ad.* 13. 21  9 cricia φ | exoptata *Brantius*  13 des *Kr.* das φ

pro implexis sertis complexum corpore redde,
proque rosis oris sauia purpurei.
(404) quod si anim*am* inspires dona*ci*, iam carmina nostra
(405) cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi comisatoris X
de sertis et canticis compositum. hic illud etiam reprehendi animad|uertisti, quod, cum aliis nominibus pueri
uocentur, ego eos Charinum ‖ et Critian appellitarim. f. 106b.
eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit, et Ticidam similiter, quod, quae
(406) Metella erat, Perillam scripserit, et Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet, et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu. et quidem C. Luci*li*um,
p. 16 Kr. quanquam sit iambicus, tamen improbarim, quod Gentium et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. quanto modestius tandem Mantuanus poeta, qui
(407) itidem ut ego puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro

14 Nonius p. 110 (p. 76 R.): flaccet, languet, deficit. Lucilius lib. VII: hic est Macedo, si Agrion longius flaccet. (L. M. p. 56).
16 Verg. Ecl. II. 1. V. 86.

2 sabia F sauia φ 3 animam *Coluius, Baehr.* | donaci *Haupt. opusc.* III. 382, *Baehr.* dona et *uulgo* | iam φ nam F 5 comisatoris Fφ *cf.* Metam. II. 24, p. 40. 24 7 puri F (*corr. m.* 1) [e] 8 critian F crician φ 9 catulum Fφ 10 & ticida F [et (m. 2)] 11 Cunthiam Fφ 8—11 F *in mg. habet*:

noiant {
les biam pro
Catulus Clodia
Ticidas perillam pro Metella
propertius Cinthiam pro Hostia
Tibullus Deliam pro Plania |
}

18 Lucilium *Lipsius* Lucullum Fφ 14 quanquam F 17 *mg.* F *habet quaedam quae uix legi possint, unde tamen haec elicio*:

Na (= nota) h'p.uirgili τon (?) Δegloga | Va *i. e.* hoc pro Virgili nomine de egloga Va | ⌊puerium⌋ F *uerba* amici sui Pollio *in* F *deleta sunt ita ut tamen distingui adhuc possint, deinde m.* 2 *supra repetiuit*

f. 106b. f. 8a. Ed. Ouden

laudans et abstinens nominum sese quidem Corydonem, puerum uero Alexin uocat. sed Aemilianus, uir ultra Virgilianos opiliones et bussequas rusticanus, agrestis quidem semper et barbarus, uerum longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis et Fabriciis, negat id genus uersus Platonico philosopho competere. etiamne, Aemiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos? cuius nulla carmina extant nisi amoris elegia; nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. disce igitur uersus Platonis philosophi in puerum Astera, si tamen tantus natu potes litteras discere:

*ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος·*
*νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.*

item eiusdem Platonis in Alexin Phaedrumque pueros con- (408) p. 17 K iuncto carmine:

*νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλός,*
*ὦπται καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται.*
*θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσει*
*ὕστερον. οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;*

7 Laert. Diog. III. 29.

1 caridonem φ 2 alexim φ 3 virgilianos Fφ | opiliones F upiliones φ | busequas F (s superscr.) busequas φ *cf. Metam.* VIII. 1, p. 163. 14; Florida. 11. O. p. 3. 10 Kr. | rusticanu[s] F rusticani' et φ 5 *uerba* et Curiis et Fabritiis negat id genus uersus plato *sunt in* F *deleta et m.* 2 *supra uersum repetita* 6 Aemeliane (o (m. 3) i (m. 2) superscr.) φ 9 non erant] ĩεrant (inerant superscr.) F (r *partim est erasa*) | igni deussit F (deussit *erasum et supra repetitum est, i. mg. manu antiquiore* deussit) ιgni dš sit (igĩ ~~pussit~~ deussit superscr.) φ (~ *est m.* 3, *in mg.* igni deussit) 11 litteras Fφ 12—13 ἀCTHRITRIM (*haec fere euanida*) ЄNЄC ЄNIZω | OICINЄωOCNYNdЄ ΘYNωNλαμ | φЄICΠ. . . . | ΦΘЄIMЄNOIC F 14 εαδε[3] (// superscr.) F (*in mg. m. recens* eiusde[3]) | alexĩ F Alexim φ 16—19 NYNOTIMЄIdє | NUλЄξЄIC OCONMONЄΠOTIKἀλλOCωΠἀI | KἀΠTἀNTH ΠἀCIΠЄPIBλЄΠЄTἀIΘYMЄτι | NH(?)ЄICKYЄINOCTЄONЄΠἀNIHCЄI YICЄPON OYK | XOYTOΦἀIdPON ἀΠωλεCἀMЄN F *Laert. Diogen. legit* πᾶς τις ἐπιστρέφεται

(403) ne pluris commemorem, nouissimum uersum eius de Dione f. 3b. Syracusano si dixero, finem faciam:

ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

(410) Sed sumne ego ineptus, qui haec etiam in iudicio? XI an uos potius calumniosi, qui etiam haec in accusatione? quasi ullum specimen morum sit || uersibus ludere. Catullum ita respondentem maliuolis non legistis:

nam castum esse decet pium poetam
ipsum, uersiculos nihil necesse est — ?

Diuus Hadrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum uersibus muneraretur, ita scripsit:

18 Kr. lasciuus uersu, mente pudicus eras,

quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina argumentum impudicitiae habenda. ipsius etiam diui Hadriani multa id genus legere me memini. aude sis, Aemiliane, dicere, male id fieri, quod imperator et censor (411) [diuus Hadrianus] fecit et factum memoriae reliquit. ceterum Maximum quicquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo a me factum? cuius uersus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicius compositi, quanto simplicius professi. namque haec et id genus omnia dissimulare et occultare peccantis, profiteri et promulgare ludentis est. quippe natura uox innocentiae, silentium maleficio distributa. mitto enim XII

6 Catull. XII 5—6.
10 Spartian. Hadr. c. 14.

3 ωΤΕΜΟΝΕΚΜΗΝⲇC ΘγΜΟΝΕΡωΤΙⲇΙΟΝ F 10 Adrianus Fφ 11 uorsibus Fφ *cf.* 9. 20, 390 O., p. 9. 9 Kr.; 13. 3, 398 O., 12. 10 Kr. | tumu[r]laretur muneraretur φ | sculpsit φ *ex corr.* *m.* 2 12 l a s ciuus [lasciuus] F la[s]ciuus φ *in mg. adscriptum* χ *cf. ad* 13. 21 *et* 14. 7 14 impudicicie φ | adriani Fφ 15 aude|sis F ( | *add. m. r.*) *in mg.* a ꝭ. igitur, *unde uulgo*: aude si igitur 17 [diuus Hadrianus] *seclusit Kr.* [d]arianus φ 19 ⌊quos nunc⌋ *in ras.* 21—24 sim-

f. 106b. f. 8b. Ed. Ouden.

dicere alta illa et diuina Platonica, rarissimo cuique piorum *g*nara, ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem deam, proprio quamque amore et diuersis amatoribus pollentis. earum alteram uulgariam, quae sit (412) percita populari amore, non modo humanis animis, uerum etiam | pecuinis et ferinis ad libidinem imperitare, u*i* immodica trucique perculsorum animalium serua corpora complexu uincientem: alteram uero caelitem [Venerem], praedita quae sit optimati amor*i*, solis hominibus et eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis uel illece- (413) p. 19 bris sectatores suos percellentem. quippe amorem eius non amoenum et lasciuum, sed contra incomptum et serium (414) pulchritudine honestatis uirtutes amatoribus suis conciliare, f. 107a. et si quando ‖ decora corpora commendet, a contumelia

1 Sympos. p. 180 d.
6 cf. Met. VI 12. p. 127. 4, XI 1. p. 252. 8.

plicius — promulgare — innocentiae *in* F *scr. m. r. in ras.* 24 *Krüger caput* XII *ante caput* XI *transponendum esse censet, non recte* ... ⌊o enim dicere⌋ F

1 platonice F φ | ⌊rarissimo⌋ F | piorum F φ philosophorum *Jahn, Krüger* 2 gnara ð ignara F φ | ⌊i⌋ncognita F 4 pollentis F pollentes φ | ⌊sit⌋ F (s *in ras.*) 5 per [⌊percita⌋] ciað F pcio [⌊ta⌋] ⌊ꝝ⌋ (*i. e.* percitarum) φ 6 ui immodica *Rohde* ut immodico *Kr.* ut immodica F ut immodica [⌊o⌋] φ 7 p culſoꝝ animalium [⌊malium⌋] F 8 [Venerem] *seclusi* 9 praedita quae sit optimati amori *Pricaeus* p̄ditam F φ optima⌊tja⌋more [⌊optimati⌋] F (tia *in ras.*) praeditam optimati amore *Bosscha* praedita quae sit optimatium amore *Kr. cf.* de deo Socr. 15. p. 18. 24; 16. p. 19. 15; de dogm. Plat. II 25. p. 101. 10. Zeno Veron. I. 2, 4 p. 16 11 percellentem F *cf.* p. 5. 4, 380 O., p. 4. 18 Kr. pellicientem *Jahn, Krüger* | amorem eius φ a//morem F (*in mg. add. m. r.* eius) 12 incomptum *Bosscha cum aliis cf.* Metam. V 28, 115. 23 incomitum F φ 13 uirtutis amorem amatoribus *Casaub.* pulchritudinem honestatis [uirtutis] amatoribus *Bosscha*

eorum procul absterrere. neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quam quod commoneant di- (415) uinos animos eius pulchritudinis, quam prius ueram et sinceram inter deos uidere. quapropter, et*si* pereleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

amabit sapiens, cupient ceteri,

tamen si uerum uelis, Aemiliane, uel si haec intellegere unquam potes, non tam amat sapiens quam recordatur. da igitur ueniam Platoni philosopho uersuum eius de XIII amore, ne ego necesse habeam contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari, uel si tu id non facis, ego me facile patiar in huiuscemodi uersibus culpari cum Platone. tibi autem, Maxime, habeo gratiam propensam, cum has quoque appendices defensionis meae iccirco necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attente audis. 20 Kr. et ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias ut adhuc fecisti libenter et diligenter.

Sequitur enim de speculo longa illa et censoria oratio, de quo pro rei atrocitate paene diruptus est Pudens cla- (416) mitans: 'habet speculum phi|losophus, possidet speculum f. 4a. philosophus'. ut igitur habere concedam — ne aliquid obiecisse te credas, si negaro —, non tamen ex eo accipi me necesse est exornari quoque ad speculum solere. quid enim? si choragium thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere, etiam uti me consuesse tragoedi syrmate,

6 us. 221. Scen. Rom. poes. fr. ed Ribb.$^{3}$ vol. II, p. 228. Nonius 421. 19. Seru. Aen. IV. 194.
10 Enn. trag. 424 (L. M. p. 133); Gell. V 15. 9.
19 cf. Cic. ad Fam. VII 1. 4.

1 abstinere *uel* abhorrere *Pricaeus* 2 commoneant F commoneat *Kr.* ammoneant φ 4 etsi pereleganter *Krüger* (etsi *Jahn*) et (*sic, non* ut) semper eleganter Fφ 5 reliquit *uulgo cf.* 415 O., p. 25. 24 Kr. relinquat F relinquat φ 7 si uerum uelis Fφ *cf.* Metam. IX. 7, p. 193. 4 si uerum audire uelis *Kr.* | intellegere F 14 iccirco Fφ 15 ⌞actente⌟ ⌞attente F⌟ 20 *in mg.* d'speculo F 22 accipi me Fφ me accipi *Kr.* 24 thimelicum F themelicum φ 25 tragidii F tragedi φ | sirmate Fφ

f. 107a. f. 4a. Ed. Oudend.

histrionis crocota, [orgia], mimi centunculo? non opinor. nam et contra plurimis rebus possessu careo, usu fruor. (417) quod si neque habere utendi argumentum est neque non utendi non habere, et speculi non tam possessio culpatur quam inspectio, illud etiam doceas necesse est, quando et (418) quibus praesentibus in speculum inspexerim, quoniam, ut res est, maius piaculum ‖ decernis speculum philosopho quam Cereris mundum profano uidere.

XIV Cedo nunc, si et inspexisse me fateor, quod tandem crimen est imaginem suam nosse, eamque non uno loco conditam ⟨*seruare*⟩, sed quoquo uelis paruo speculo promptam gestare? an tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato quam formam suam? equidem scio et filiorum cariores esse, qui similes uidentur, et publicitus simulacrum suum cuique, quod uideat, pro meritis praemio tribui. aut quid sibi statuae et imagines uariis artibus effigiatae uolunt? nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum (419) est, cum sit in ea uel magis miranda et facilitas et similitudo. quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutina sumitur, neque tamen similitudo aeque p. 21 K ac in speculis comparet. deest enim et luto uigor et saxo color et picturae rigor et motus omnibus, | ⟨*at*⟩qui ⟨*speculum*⟩ praecipua fide similitudinem repraesentat: cum

6 cf. de Mundo c. 19 p. 121. 6 (Go.).
13 cf. p. 12. 12; Met. IX 1. p. 189. 5.

1 [orgia] *seclusit Kr.* uel ad trieterica orgia *uulgo* | ⌞ncu⌟ centulo Fφ, *in mg.* F centum/gulo 5 docear φ 7 magis Fφ 8 mun|dum F (dum *in eodem uersu add. eadem m. r., quae deleuit* du³ *initio uersus sequentis*) 11 ⟨seruare⟩ *add. Kronenberg* 15 premia (*altera* a *ex* o *corr. uid.*) F 17 effigiat F (*extant uestigia ultimae* e) 18 h· natura φ 19 uel' φ 21 diutino F | eq> ut φ 22 *lacunae quas statuit Kr. post* uigor *et* color *in* F *nullae extant* 23 atqui *Jahn* qui Fφ 24 ⟨speculum⟩ *inserui cum Jahn, qui illud tamen infert post* repraesentat *et deinde scribit* speculum. in eo

in eo uisitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis et ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus aequaeua est ab ineunte pueritia ad obeuntem senectam: tot aetatis uices induit, tam uarias habitudines corporis participat, tot uultus eiusdem laetantis
(420) uel dolentis imitatur. enimuero quod luto fictum uel aere infusum uel lapide incussum uel cera inustum uel pigmento illitum uel alio quopiam humano artificio adsimulatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur et ritu cadaueris unum uultum et immobilem possidet. tantum praestat imaginis artibus ad similitudinem referundum leuitas illa speculi fabra et splendor opifex.

(421) Aut igitur unius Agesilai Lacedaemonii sententia nobis XV
sequenda est, qui se neque pingi neque fingi unquam diffidens formae suae passus est, aut si mos omnium ceterorum hominum ‖ retinendus uidetur in statuis et imagini- f. 107b
bus non repudiandis, cur existimes imaginem suam cuique uisendam potius in lapide quam in argento, magis in tabula quam in speculo? an turpe arbitraris formam suam spectaculo assiduo explorare? an non Socrates philosophus
22 Kr. ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? ut qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui uero minus se

5 Zeno Veronens. I 16. 14 p. 139.
10 cf. Lucretius VI 1155.
13—16 Cic. ad fam. V 12. 7.
19 cf. Met. V 11, p. 103. 17.
20 Laert. Diog. II 5. 33.
23 Plaut. Aul. 18.

3 equā est F (*in mg. man. cursiua*: | aequaeua) 5 uultū eqḃē eidē φ 8 adsimulatum φ 12 referundum (*sic* Fφ) fabra F (*in mg. adscr. est* fa) 13 hagesilai F ⌊h⌋ agesilai φ 14 si φ 19 tpe φ 20 an ñ F an ñ φ at *Kr. non recte* 22 ut Fφ uti *Kr.* | pulcritudine φ

f. 107b. f. 4a. Ed. Ouden

commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut f. 4b. uirtutis laude turpitudinem | tegeret. adeo uir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenen uero, primarium dicendi artificem, quis est qui non sciat semper ante speculum quasi ante magistrum causas meditatum? ita ille summus orator cum a Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petiuit. utrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam rhetori iurganti an philosopho obiurganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti an apud omnis homines semper disserenti? de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum docenti? quid, quod nec ob haec debet tantummodo philosophus speculum inuisere? nam saepe oportet non modo similitudinem suam, uerum etiam ipsius similitudinis rationem considerare: num, (422) ut ait Epicurus, profectae a nobis imagines uelut quaedam exuuiae iugi fluore a corporibus manantes cum leue ali- p. 23 K quid et solidum offenderunt, illisae reflectantur et retro expressae contrauersim respondeant, an, ut alii philosophi disputant, radii || nostri seu mediis oculis proliquati et lumini extrario mixti atque ita uniti, ut Plato arbitratur, (423)

4—6 Quintil. XI 3. 68
6 Plut. Dem. c. 5.
7 Laert. Diog. II 10. 108.
19 Laert. Diog. X 46—49.
23 Tim. p. 46a.

1 comendabilem F cõmẽdabilẽ φ    4 Demostenen φ
⌞se⌟ ⌞ru⌟
6 causas (*sic* F φ) | meditatũ φ    7 ⌞h⌟ ausisset φ ausisset F
⌞s⌟ ⌞cōn'manda⌟ ⌞is⌟
10 adseueranda φ    11 rethori φ    13 deserenti φ
18 ẏmagines F    19 exubię F exuuie φ (u *ex* b *corr. est*)
20 illi‿se φ (*iunxit m. r.*)    21 exp̃ſſę F c̃traũſi³ F contra uersis φ controuersum *Kr.*    23 extralio F extrario φ (*altera* r *in ras.*)

seu tantum oculis profecti sine ullo foris amminiculo, ut
(424) Archytas putat, seu intentu *a*ëris facti, ut Stoici rentur, cum alicui corpori inciderunt spisso et splendido et
leui, paribus angulis quibus inciderant resultent ad faciem |
suam reduces, atque ita, quod extra tangant ac uisant, id
(425) intra speculum imaginentur. uidenturne uobis debere philo- XVI
sophi haec omnia uestigare et inquirere et cuncta specula uel uda uel suda soli ⟨*non*⟩ uidere? quibus praeter ista quae dixi etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis ferme pares optutus et imagines uideantur, ⟨*in*⟩ tumidis uero et globosis omnia defectiora, at contra in cauis auctiora; ubi et cur laeua cum dexteris permutentur; quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exserat; cur caua specula, si exaduersum soli retineantur, *o*ppositum fomitem accend*a*nt;
p. 24 Kr. qui fiat, ut arcus in nubibus uarie, duo soles aemula
(426) similitudine uisantur, alia praeterea eiusdem modi plurima, quae tractat uolumine ingenti Archimedes Syracusanus, uir in omni quidem geometria multum ante alios admirabilis subtilitate, sed haud sciam an propter hoc uel maxime memorandus, quod inspexerat speculum saepe ac

1 Plut. de placit. phil. III 13—15; Seneca Nat. Quaest. I 17.
18 Tzetz. chil. XIIII 457.

1 a[d]miniculo φ 2 architas Fφ | aeris *Coluius* ueris Fφ | fracti *Pithoeus* | stoic[re]intur φ 3 inciderant F incen[ci]derunt (*m. antiqua*) φ 4 incen[ci]derant φ | result[e]ant (*m.* 1) φ 5 tangant φ tangunt F | uisant (*sic*) F 6 uideturne Fφ | philosophia Fφ 8 ⟨non⟩ *inserui* | pteris tu φ 9 ratiocinacio φ 10 optutus Fφ 11 uiden[a]tur F in *om.* Fφ 12 leua F 14 exerat Fφ 15 oppositum *Casaub.* appositum Fφ | accendunt Fφ 16 uariet *Rohde* | duos 17 pterea Fφ praetereo *Kr.* *uerba* alia praeterea cet. *cum superioribus coniunxi* | e⫽de[3] F 18 t[r] acta[t] φ | archimede[s] φ | siracusanus Fφ 20 aut φ c[e]haud (*m.* 3)

f. 107b. f. 4b. Ed. Oudend.

diligenter. quem tu librum, Aemiliane, si nosses ac non modo campo et glebis, uerum etiam abaco et puluisculo te dedisses, mihi istud crede, quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet, tamen profecto discendi cupidine speculum inuiseres, et aliquando relicto (427) aratro mirarere tot in facie tua sulcos rugarum.

At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo uultu tuo dicere, de moribus tuis multo trucu- ||| f. 108a. f. 5a. lentioribus reticere. ita res est: praeter quod non sum iurgiosus, etiam libenter te nuper usque albus an ater esses ignoraui et adhuc hercle non satis noui. id adeo factum, quod et tu rusticando obscurus es et ego discendo occupatus. ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore (428) obstitit, et ego nunquam studui male facta cuiusquam cognoscere, sed semper potius duxi mea peccata tegere quam aliena indagare. igitur hoc mihi aduersum te usu uenit, quod qui forte constitit in loco lumine conlustrato atque eum alter e tenebris prospectat. nam ad eundem modum tu quidem quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris, cum ipse humilitate abdita et lucifuga non sis mihi mutuo conspicuus.

XVII Ego adeo seruosne [an] habeas ad agrum colendum, p. 25 Kr. (429) an ipse mutuarias operas cum uicinis tuis cambies, neque scio neque laboro. at tu me scis eadem die tres Oeae manu misisse, idque mihi patronus tuus inter cetera a te sibi edita obiecit, quanquam modico prius dixerat me uno seruo comite Oeam uenisse. quod quidem uelim mihi re- (430)

10 Catull. C. XCIII.

1 emiliane ⌞o⌟ φ   2 gleb̄ F gleb'. φ   4 thiesta Fφ   9 ea Fφ ita *Kr. cum Fuluio* | p̄t̄ qđ F p̄t̃ qδ' φ   11 ercle Fφ | adeo Fφ ideo *Kr.*   20 abdita Fφ abditus *Kr. cum Casaub.*   22 serior ⌞uor⌟ *uel* ⌞uos⌟ (*ex* seruos *correct. uidetur*) | an Fφ *seclus. Kr.* | abeas F   24 tris Fφ *os*ε F *mg.* F: de comiciue   26 ⌞a⌟ obiecit F | quanquam F

spondeas, qui potuerim ex uno tres manu mittere, nisi si et hoc magicum est. tantamne esse mentiendi caecitatem dicam an consuetudinem? ‘uenit Apuleius Oeam cum uno seruo’; dein pauculis uerbis intergarritis: ‘Apuleius Oeae una die tres manu misit’. ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus uenisse, omnes liberasse: quod tamen si ita fecissem, cur potius tres seruos inopiae signum putares, quam tres libertos opulentiae? ne|scis profecto, nescis, Aemiliane, philosophum accusare, qui famulitii paucitatem obprobraris, quam ego gloriae causa ementiri debuissem, quippe qui scirem non modo philosophos, quorum me sectatorem fero, uerum etiam imperatores populi Romani paucitate seruorum gloriatos. ‖ itane tandem ne haec quidem legere patroni tui: M. Antonium consularem solos octo seruos domi habuisse? Carbonem uero illum, qui rebus (431) potitus est, uno minus? at enim M’ Curio tot adoreis longe incluto, quippe qui ter triumphum una porta egerit, ei igitur M’ Curio duos solos in castris calones fuisse? ita ille uir de Sabinis deque Samnitibus deque Pyrrho triumphator paucioris seruos habuit quam triumphos. M. autem Cato nihil oppertus, ut alii de se praedicarent, ipse in p. 26 Kr. oratione sua scriptum reliquit, cum in Hispaniam consul proficisceretur, tris seruos solos ex urbe duxisse; quoniam

20 Caton. fragm. p. 38 Iord.

1 tres F tris φ   2 ta⌊⌊ntane⌋⌋ F   3 uenit] ⌊⌊dicit⌋⌋ F   4 ⌊⌊intergarritis⌋⌋ F   5 tris F *idem* 7, 8 *et* 23   6 omnis φ   7 pocius φ (c *ex* t *corr. uid.*)   9 philo fum (*corr. m.* 1) F | famulicii Fφ   10 opprobraris φ   14 legere pat/////ni tui F   16 *et* 18 manio F marco φ *eadem varietas* 27. 5, 434 O., p. 27. 4 Kr.   18 ⌊⌊col’onos⌋⌋ F (*prior* o *ex* a *corr. est*) *in mg. adscr.* calonis; ⌊seruos⌋ colones φ   19 uir *seclusit Kr. cum Jahnio* | sauinis F | ⌊samnitibus⌋ sam. . . tibus F | Pyrro F; *a* 14 *ad* 22 *in* φ *omnia nomina propria rubris lineis subscripta sunt*   22 operatione Fφ | ⌊cum in hisp⌋ania F cum in hispaniam φ   23 tris Fφ

f. 108a. f. 5a. Ed. Oudend.

ad uillam publicam uenerat, parum uisum qui uteretur, iussisse duos pueros in foro de mensa emi, eos quinque (432) in Hispaniam duxisse. haec Pudens si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic maledicto supersedisset, aut in tribus seruis multitudinem comitum philosophi quam paucitatem reprehendere maluisset.

XVIII Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum philosopho crimen et ultro profitendum. enim paupertas olim philosophiae uernacula est, frugi, sobria, paruo potens, aemula laudis, aduersum diuitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio benesuada, neminem unquam (433) f. 5b. superbia | inflauit, neminem inpotentia deprauauit, neminem tyrannide efferauit, delicias uentris et inguinum neque uult ullas neque potest. quippe haec et alia flagitia diuitiarum alumni ⟨*esse*⟩ solent: maxima quaeque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem repperies, ut contra ha*ud* temere inter inlustris uiros diuites comparent, sed quemcunque in aliqua laude (434) miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. paupertas, inquam, prisca apud saecula omnium ciuitatium f. 108b. conditrix, ‖ omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriae munifica, cunctis laudibus apud omnis nationes perfuncta. eadem est enim paupertas apud Graecos in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epami-

1 Plut. Cat. mai. 10.
9 cf. Verg. Aen. VI 843.

1 Qm̃ Fφ cum iam *Lipsius* 4 ⌊huic (*m.* 1)⌋ maledicto φ 6 paci⌊u⌋tatem φ 7 mg. F: de paupertate *et alia manu*: Laudes paupertatis 9 ⌊potens⌋ F 10 aduersum diuitias possessa *sic* F aduersum *uel* aduersam diuitiis professa *Casaub.* 13 neque uult — 14 neque potest *cf.* c. 99. 109. 7 *Kr.* 15 alumpni φ | ⟨esse⟩ *inserui* | solent *sic* F 17 repperies F reperies φ | haut *Casaub.* hanc Fφ | illustres φ 21 aput F | sęcta F | ciuitatium F ciuitatum φ *eadem uarietas* Met. IX. 14, p. 198. 13 22 omnes φ 23 est enim Fφ enim est *Kr.* 24 *in* φ aristide *et sequentia nomina rubris lineis subscripta sunt cf.* 25. 19

p. 27 Kr. nonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. eadem paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundauit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo et catino fictili sacrificat. quod si modo iudices (435) de causa ista sederent C. Fabricius, Gn. Scipio, M' Curius, quorum filiae ob paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam: si Publicola regum exactor et Agrippa populi reconciliator, quorum funus ob tenuis opes a populo Romano collatis sextantibus adornatum est: si Atilius Regulus, cuius agellus ob similem penuriam publica pecunia cultus est: si denique omnes illae ueteres prosapiae consulares et censoriae et triumphales breui usura lucis ad iudicium istud remissae audirent, auderesne paupertatem philosopho exprobrare apud tot consules pauperes? an tibi XIX Claudius Maximus idoneus auditor uidetur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem et prolixam rem familiarem sortitus est? erras, Aemiliane, et longe huius animi frustra es, si eum ex fortunae indulgentia, non ex philosophiae censura metiris, si uirum tam austerae sectae tamque p. 28 Kr. diutinae militiae non putas amiciorem esse coercitae mediocritati quam delicatae opulentiae, fortunam uelut tunicam magis concinnam quam longam probare; quippe etiam ea *et*si non gestetur et trahatur, nihil minus quam la-

1 Senec. consol. ad Helu. 12.
6 Valer. max. IV 4. 10.
8 Liu. II 33. 10.
10 Plin. nat. hist. XVIII 3. 20.
13 cf. Met. II 28. p. 43. 22.

2 odiernum F 4 sinpulo F *in mg.* at simpuuio; sīpüuio φ ( *prior* u *et altera* i *in ras., in mg.* c⁵ sympülo) ₍po₎ 5 Gn. Fφ Cn. *Kr.* Manius F marcus φ *cf.* 25. 16, 21 9 apt F (po *add. m.* 1) 10 extantibus F *ad uersum qui pertinet a* collatis *usque ad* Regu *in mg. adscr. est* đ F 12 ōmſ ille φ ''ille omnes'' F 12 consules F *exclusit Kr.* 18 et longe huius animi longe es frustra φ 21 amiciorem *sic* F amicitiorem φ | *uerba* non putas — 22 opulentiae *extant in* φ *in calce alterius columnae m.* 2 *scripta* Kr. | cohercite Fφ 24 ea, etsi *scripsi* etsi ea *Salmas.* ea si Fφ | nihil Fφ nihilo *Kr.*

f. 108b. f. 5b. Ed. Oudend.

cinia praependens impedit et praecipitat. etenim ⟨*in*⟩ omnibus ad uitae munia utendis quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat. igitur et inmodicae diuitiae uelut ‖ ingentia et enormia guberna- (436) cula facilius mergunt quam regunt, quod habent irritam copiam, noxiam nimietatem. quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum uideo laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt et diuitias magnas administrant sine ostentatione, sine superbia, specie mediocritatis pauperum similes. quod si etiam ditibus ad argumentum modestiae quaeritur imago quaepiam et color paupertatis, cur eius pudeat tenuiores, qui eam non simulat*o* sed uere fungimur?

XX Possum equidem tibi et ipsius nominis controuersiam facere, neminem nostrum pauperem esse, qui superuacanea nolit, possit necessaria, quae natura oppido pauca sunt. namque is plurimum habebit qui minimum desiderabit.
f. 6a. habebit enim quantum uolet, qui uolet minimum. et idcirco diuitiae non melius in fundis et in fenore, quam (437) in ipso hominis animo aestimantur, qui si est auaritia egenus et ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid ante parta ut augeat mendicabit. quae quidem uera confessio est paupertatis. omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiae uenit, nec refert, quam magnum sit quod tibi minus est. non habuit tantam rem familiarem Philus quantam Laelius, nec Laelius quantam Scipio, nec Scipio quantam Crassus Diues,

17 cf. Seneca Ep. Mor. II 6.

1 p̄pendens φ (*corr. ex* p̣ pendens | ⟨in⟩ *Casaub.* 3 honeri F ḥoneri φ 4 immodice φ 11 ymago Fφ 12 eam Fφ ea *Kr.* | simulato *Acidalius* similata F 14 equidem *sic* Fφ 16 possit *Casaub. Kr.* cf. 29. 5, 437 O. p. 29. 4 *Kr.* poscit Fφ (*rasura quam in* F *supra hoc uocabulum indicat Kr. est macula in charta*) 17 nanque F 19 fu⌊n⌋dis 20 estima⌊n⌋tur F estyman$\overset{2}{t}$ φ 27 Diues *scripsi* diues *Kr., est autem cognomen cf.* C.I.L. I$^{2}$ p. 524, Fasti consul. 549, *Jahn minus recte utrumque* diues *expunctum uolebat* 26—p. 29. 1 Philus *et re-*

.29 Kr. at enim nec Crassus Diues quantam uolebat. ita cum omnis superaret, a suamet auaritia superatus est, omnibusque potius diues uisus est quam sibi. at contra hi [philosophi] quos commemoraui non ultra uolentes quam poterant, sed congruentibus desideriis et facultatibus iure meritoque dites et beati fuerunt. pauper enim *er*is appetendi egestate, diues non egendi satietate, quippe qui inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. igitur, Aemiliane, si pauperem me haberi uis, prius auarum esse (438) doceas necesse est. quod ‖ si nihil in animo deest, de f. 109a. rebus extrariis quantum desit non laboro, quarum neque laus in copia neque culpa in penuria consistit. sed finge XXI haec aliter esse, ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit, easque, ut ferme euenit, aut tutor imminuit aut inimicus eripuit aut pater non reliquit: hocine homini obprobrari [pauperiem] quod nulli ex animalibus uitio datur, non aquilae, non tauro, non leoni? equus si | uirtutibus suis polleat, ut sit aequabilis uector et cursor pernix, nemo ei penuriam pabuli exprobrat: tu mihi uitio dabis non facti uel dicti alicuius prauitatem, sed quod uiuo gracili lare, quod paucioris habeo, parcius pasco, (439) leuius uestio, minus obsono? atqui ego contra, quantulacunque tibi haec uidentur, multa etiam et nimia arbitror, et cupio ad pauciora me coercere, tanto beatior futurus quanto collectior. namque animi ita ut corporis sanitas

18 cf. Zeno Ver. II 45. p. 269 (Mi.)

*liqua nomina propria in φ rubris lineis subscripta sunt cf.* 25.19, 430 O. p. 25.14—22 *Kr. et* 26.24, 434 O. p. 26.23 *Kr.*

3 hj φ 4 [philosophi] *expunxit Kr.* 6 dites ⌊ui⌋ φ | eris *Rohde* scis F sc̣is φ fis *Kr.* 7 quipe qui F φ *defendit Rohde cll.* 451 O. p. 35.9 *Kr. et* 513 O. p. 62.29 *Kr.* quippe quia *cum Casaubono Kr.* 11 extrariis F φ extraneis *Kr.* 16 [pauperiem] *Kr.* 20 paruitatem ⌊u⌋ φ 21 paucioris habeo] pauciores ego seruos habeo *Scaliger* paucioris habito *Fuluius, sed idem est quod* uiuo gracili lare, habeo *sc.* = habito 22 qua≋ ulacunque F 24 cohercere F (*sed* h *erasa est*)

f. 109a. f. 6a. Ed. Oudend.

expedita, imbecillitas laciniosa est, certumque signum est infirmitatis pluribus indigere. prorsus ad uiuendum uelut ad natandum is melior qui onere liberior. sunt enim similiter etiam in ista uita*e* humanae tempestat*e* leuia sustentui, grauia demersui. equidem didici ea re prae- p. 30 Kr. (440) cedere maxime deos hominibus, quod nulla re ad usum sui indigeant: igitur ex nobis cui quam minimis opus sit, eum esse deo similiorem.

XXII Proinde gratum hab*ui*, *cum* ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram et baculum fuisse. quod utinam tantus animi forem, ut praeter eam supellectilem nihil quicquam requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates ultro diuitiis abiectis appetiuit. Crates, inquam, si quid credis, Aemiliane, uir domi inter (441) Thebanos proceres diues et nobilis amore huius habitus quem mihi obiectas rem familiarem largam et uberem populo donauit, multis seruis a sese remotis solitatem delegit, arbores plurimas et frugiferas prae uno baculo spreuit, uillas ornatis||simas una perula mutauit, quam postea comperta utilitate etiam carmine laudauit, flexis ad hoc f. 6b. Homericis uersibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. principium dicam, ne me haec ad defensionem putes confinxisse:

*πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ.*

13—19 Laert. Diog. VI 5. 4.
21 Hom. Od. τ 172.
24 Laert. Diog. VI 5. 2.

4 uitae humanae tempestate *Kr.* uita humanę tempestates F uita humane tempestate[5] φ 5 sustentui F sustentatui Kr. 6 maxime *in* F *repetiuit m. 2 in macula chartae: non est rasura* 9 *in mg.* F. de habitu; gratum habui, cum *Kr. cum Casaub.* Proinde gratu[3] habitu[3] ad c̄tumelia[3] F φ (p̲lñ φ) proinde gratum habitum ⟨obiecistis cum⟩ *Beyte* 11 tantus animi F | tantj' φ | 1 (*m.* 1) supelectilem F 13 Crates] socrates F φ *item us.* 14 *ubi uocabulum in* φ *rubro colore subscriptum est; mg.* F: Socrates 18 frugifera p— F fructiferas pro φ 22 c—fixisse φ (n) 24 KphThTIC

⟨*omitto*⟩ iam cetera tam mirifica: quae si tu legisses, magis
.31 Kr. mihi peram quam nuptias Pudentillae inuidisses. peram
(442) et baculum tu philosophis ⟨*exprobras*⟩? exprobrares igitur et equitibus phaleras et peditibus clipeos et signiferis uexilla et denique triumphantibus quadrigas albas et togam palmatam. non sunt quidem ista Platonicae sectae gestamina, sed Cynicae familiae insignia. uerum tamen hoc Diogeni et Antistheni pera et baculum, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituus auguribus. Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro magno de ueritate regni certabundus baculo uice sceptri gloriabatur. ipse denique Hercules inuictus — quoniam haec tibi ut quaedam mendicabula *nimis* sordent —, ipse inquam Hercules lustrator orbis,
(443) purgator ferarum, gentium domitor, is tamen deus, cum terras peragraret, paulo prius quam in caelum ob uirtutes ascitus est, neque una pelli uestitior fuit neque uno baculo comitatior.

Quod si haec exempla nihili putas ac me non ad cau- XXIII
sam agundam, uerum ad censum disserundum uocasti, ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS. uicies paulo secus, idque a me longa peregrinatione et diutinis studiis
(444) et crebris liberalitatibus ⟨*haud*⟩ modice imminutum. nam

10 Plut. Alex. 14.
16 Auson. per. od. 24 p. 405. 16 (Peiper).

ΠΟλΙC·ετ ΜЄλΩ.|ЄΝΙΟΙ Νoπι τγφω ΤΩΝΤΩ. Ja[3] F '*in nltimis litteris graecis latere uerbum omitto intellexit Jahnius*' *Kr.* 3 ⟨exprobras⟩ *add. Kr.* 4 faleras φ 5 te denique F (te *in ras.*) φ 7 cinice Fφ 8 Antisteni Fφ | baculu[3] F 10 Diogenes *in* φ *linea rubra subscriptum est item* Hercules *us.* 12 | Cinicus Fφ 14 nimis *Coluius* animis Fφ 16 ⟨uel⟩ paulo *Kr. sine necessitate* 17 aſſcit[9] φ | pelli Fφ 20 agūda[3] Fφ | ⌞sensum F⌟ ṣensum φ | diserundum F diserundū φ deferundum *Pricaeus* 22 fr̃ F ff χχ F ſſxx φ sec' φ 24 ⟨haud⟩ *inseruit Vulcanius* ⟨non⟩ *Kronenb.*

f. 109a. f. 6b. Ed. Oudend.

et amicorum plerisque opem tuli et magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dote auxi. neque enim dubi|tassem equidem uel uniuersum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod || maius est, contemptum patrimonii. tu uero, Aemiliane, et id genus homines uti tu es inculti et agrestes, tanti re uera estis quantum habetis, ut arbor infecunda et infelix, quae nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum eius in trunco. at tamen parce postea, Aemiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper usque agellum Zarathensem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestiuum imbrem triduo exarabas. neque enim diu est, cum te crebrae mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulserunt, unde tibi potius quam ob istam teterrimam faciem Charon nomen est.

(f. 109b.) (p. 32 Kr.)

XXIV De patria mea uero, quod eam sitam Numidiae et Gaetuliae in ipso confinio meis scriptis ostendi *di*cis, quibus memet professus sum, cum Lolliano Auito C. V. praesente publice dissererem, Seminumidam et Semigaetulum: non uideo, quid mihi sit in ea re pudendum, haud m*agis* quam Cyro maiori, quod genere mixto fuit Semimedus ac Semipersa. non enim ubi prognatus, sed ut moratus (445)

6 cf. Hor. Sat. I 1. 62.

1 plerisque *in* φ *in mg. add. m. antiqua* 2 retuli Fφ 4 contemptu φ 7 *uerba* quae — 8 gignit *delet Wowerus, reuera glossema olent* 8 p˜tio F | ligni F[1] (*corr. m. ant.* lign̆) lignum φ quantum lignum *Kronenberg* 10 ʒarathensem F ⌞z⌟carathensem φ 12 ⌞ob⌟ad φ 15 numen Fφ 16 *in mg.* de natali pata 17 ⌞c. meis⌟ mei scriptis F meȷ scptis φ | ostendi scis Fφ ostendi dicis *Kr.* ostendisti *Casaub.* 18 auito cú Fφ 19 semigaetulum φ semigaetulam F *Kr.* 20 ñui. Ideo quid mihi sit F nō ui⌞deo⌟ (deo *in ras.*) φ quid mihi sit φ | magis *scripsi cf.* p. 39. 27, 458 O. 39. 8 *Kr.* minus Fφ 21 Ciro Fφ 22 u⌞i⌟ moratus φ

quisque sit spectandum, nec qua regione, sed qua ratione uitam uiuere inierit, considerandum est. olitori et cauponi merito est concessum, olus et uinum ex nobilitate soli commendare, uinum Thasium, olus Phliasium: quippe illa terrae alumna multum ad meliorem saporem iuuerit et regio fecunda et caelum pluuium et uentus clemens et
(446) sol apricus et solum sucidum. enimuero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti quid ex istis addi uel minui ad uirtutem uel malitiam potest? quando non in omnibus | gentibus uaria ingenia prouenere? quan- f. 7a.
33 Kr. quam uideantur quaedam stultitia uel sollertia insigniores. apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est,
(447) apud Athenienses catos Meletides fatuus. nec hoc eo dixi, quo me patriae meae poeniteret, etsi adhuc Syphacis oppidum || essemus. quo tamen uicto ad Masinissam regem munere populi Romani concessimus, ac deinceps ueteranorum militum nouo conditu splendidissima colonia sumus, in qua colonia patrem habui loco principis duumuiralem, cunctis honoribus perfunctum: cuius ego locum in illa re publica, exinde ut participare curiam coepi, nequaquam
(448) degener pari spero honore et existimatione tueor. cur ergo illa protuli? ut mihi tu, Aemiliane, minus posthac suscenseas, potiusque ut ueniam impertias, si per neglegentiam forte non elegi illud tuum Atticum Zarath, ut in eo nascerer.

12 Aelian. uar. hist. V 7.
13 Tzetz. chil. VII 4

1 spectandum est φ 2 holitori Fφ 3 concessum *deest in* φ | ⌊h⌋olus F holus φ 4 holus F 5 alumpna φ 6 sucidum F$\varphi^1$ 9 ma⌊li⌋tiam F 11 quidam φ 14 sifacis Fφ 16 munere poptiſ c̄cessimus F munere p.R. concessimus φ 17 conditu] conditu; F c̄dit' φ 18 qua [colonia] *Kr.* 18 II uiralem F 19 re p. F 20 *post* coepi *in* F *macula non rasura* 23 suscenseas F | neglegentiam F 24 ⌈Z⌋arat Fφ *cf.* 444 O. p. 32. 5 Kr.

f. 109b. f. 7a. Ed. Oud.

XXV Nonne uos puditum est, haec crimina tali uiro audiente tam adseuerate obiectare, friuola et inter se repugnantia simul promere et utraque tamen reprehendere? *an* non contraria accusastis peram et baculum ob austeritatem, carmina et speculum ob hilaritatem: unum seruum ut parci, tres libertos ut profusi: praeterea eloquentiam Graecam, (449) patriam barbaram? quin igitur tandem expergiscimini ac uos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud uirum seuerum et totius prouinciae negotiis occupatum? quin inquam uana haec conuicia aufertis? quin ostenditis quod insimulauistis, scelera immania et inconcessa maleficia et artis nefandas? cur uestra oratio rebus flaccet, strepitu uiget?

Aggredior enim iam | ad ipsum crimen magiae, quod p. 34 (450) ingenti tumultu ad inuidiam mei accensum frustrata exspectatione omnium per nescio quas anilis fabulas deflagrauit. ecquandone uidisti, Maxime, flammam stipula exortam claro crepitu largo fulgore cito incremento, sed enim materia leui caduco incendio nullis reliquiis? em tibi illa accusatio iurgiis inita, uerbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniae f. 110a. permansura. quae quidem omnis || Aemiliano fuit in isto

7 *et* 20 Sall. Cat. 20.14.

2 adseuerate F adseuerate (s superscr.) φ | fribola F φ 3 an non *Kr.* at non F φ 16 austeritatem *Salmas.* auctoritatem F φ 5 obylaritatē (h superscr.) φ | de‿parci φ (*iunxit m. r.*) 6 tris F φ 9 totius seuitir puincie φ 10 conuicia F 11 immunia F 12 artis (e superscr.) F artis (es superscr.) φ | nephandas φ 14 *in mg.* F de magia 16 defraglauit F deflagrauit φ 17 etquandone F (*sed* t *ex* c *corr. est*) ecquandone φ 19 nullis] *in* F *fuit* nullo *quod* *m.* 2 *corr. in* nullis | en (n *prima m. erasa est, eadem add.* [3]) em φ 21 *crediderim fuisse* nullis post sententiam tuam reliquiis ⟨nisi opinione⟩ calumniae permansura

uno destinata, me magum esse, et ideo mihi libet quaerere ab eruditissimis eius aduocatis, quid sit magus.

Nam si, quod ego apud plurimos lego, Persarum lingua magus est, qui nostra sacerdos, quod tandem est crimen sacerdotem esse et rite nosse atque scire atque callere leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum? si quidem magia id est quod Plato interpretatur, cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regno adulescentem Persae imbuant. uerba ipsa diuini uiri memini, quae tu mecum, Maxime, recognosce: *δὶς ἑπτὰ δὲ γενόμενον ἐτῶν τὸν παῖδα*
.35 Kr. *παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνο-*
(451) *μάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες, ὅ τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος καὶ ὁ σωφρονέστατος καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου· ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία· διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά.* | auditisne XXVI
magiam, qui eam temere accusatis, artem esse dis immor- f. 7b.
talibus acceptam, colendi eos ac uenerandi pergnaram, piam scilicet et diuini scientem, iam inde a Zoroastro et Oromazo auctoribus suis nobilem, caelitum antistitam?

3 Dio Chrys. XXXVI 41.
6 Alcibiad. I p. 121e.

1 destinata *sic* Fφ  3 qd (uo) F | ago F  4 crimen est φ  5 rite *sic* Fφ | nosce (s) F | et (*in ras.*) | scire φ  8 adolescentem φ  10—16 recognosce dicentia de re nomenon et (*non om.* φ) antonitę data λυμΒἀΝΟΥCIN ΟΥΕΚΕΙΝΟΙ ΒἀCIλΕ| ΙΟΥCΠἀΙδαΓωΓΟΥCΟΝΟΜἀΖΟΥC ΠἀCΙΝΕΙCΙΝ | dΕ ΕΞΕΙ λΕ(h)ΓΜΝΟΙ ΤΕΡCαυΜΝΟΙἀΡΙCΤΟΙ do | ξἀVΤΕC ΕΝ ΜΙΚἀΤΕ ΠἀΡΕCΟ ΤΕCΟΦΨnΕ|ΤΟCΚἀΙΟd: ΚἀΙΟΤἀ ΤΟCΚἀΙΟCωCωΦΡω| ΝΙCΤἀΤΟC ΚΥΙΟἀΝdΡΙΟΤἀΤΟC VΠΟΜΕΝΝἀ | ΓΕΙἀΝΤΕdιdἀ CΚΕΙΤhΝ3ωΙΡΟἀCΤΡΟΥΤΟ | ΥωΡΟΜἀΖΥΕCΤι-dΕΤΟΙΤΟΘΕωΝ ΘΕΡ.ἀΠΙἀωdιdἀCΚΕΙ dΕ ΚἀΙΤἀΒCΙλΙΚἀ F (*graeca manus posterior in locum uacuum relictum intulisse uidetur, nam scriptura, quae nitida est in Latinis, in Graecis neglegens est nec rectis lineis dirigitur*)  17 qui eam Fφ quam *Kr. cum Jahn* | diis φ  19 Zoroastre Fφ *cf. ad.* 41. 19  20 oromazo Fφ oromaze *Kr.*

f. 110a. f. 7b. Ed. Oudend.

**quippe qui inter prima regalia docetur, nec ulli temere inter Persas concessum est magum esse, haud magis quam regnare. idem Plato in alia sermocinatione de Zamolxi (452) quodam Thraci generis, sed eiusdem artis uiro ita scriptum reliquit: τὰς δ' ἐπῳδὰς εἶναι τοὺς λόγους τοὺς καλούς. quod si ita est, cur mihi nosse non liceat uel Zalmolxis bona uerba uel Zoroastri sacerdotia? sin uero more uulgari eum isti proprie magum existimant, qui communione loquendi cum deis immortalibus ad omnia quae uelit incredibilia quadam ui cantaminum polleat, p.36 oppido miror, cur accusare non timuerint quem posse tantum fatentur. neque enim tam occulta et diuina potentia caueri potest itidem ut cetera. sicarium qui in iudicium uocat, comitatus uenit: qui uenenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. enimuero qui magum qualem isti dicunt in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem caecam et ineuitabilem prohibeat? nullis scilicet: et ideo id genus crimen non est eius accusare qui credit.**

XXVII Verum haec ferme communi quodam errore imperitorum philosophis obiectantur, ut partim eorum qui corporum causas meras et simplices rimantur irreligiosos putent eoque aiant deos abnuere, ut Ana|xagoram et Leucippum et Democritum et Epicurum ceterosque rerum naturae patronos: partim autem, qui prouidentiam mundi (453)

3 Charmid. p. 157a.

1 quippe qui Fφ *defendit Rohde cf. ad.* p. 29. 7, 437 O. p. 29. 6 Kr. 3 Zamolxi F zalmoxi φ *item us.* 6 *ubi* F *habet* Zalmolxi 4 Thraci Fφ 5 TàC dE EΠOdàC EINYΠOIC | λOΓOYC TOYCKàλOIς F 6 ⌜Z⌝oroastri F *cf.* p. 41. 19, 465 O. p. 41. 1 Kr. Zoroastri⌞s⌟ φ 10 incredibilia Fφ incredibili *Kr. cum Casaub.* | cantaminum (*sic plene*) F 12 neque ε φ 15 *in* φ *ordine uerborum mutato legitur*: uenit· scrupulosius cibatur qui uenenarium accusat· q furem *cet.* 20 *suspicor fuisse*: accusare ⟨uera⟩ qui credit 24 „*malim* eosque" *Kr.*

d. Oudend. f. 110a. f. 7b.

curiosius uestigant et impensius deos celebrant, eos uero uulgo magos nominent, quasi facere etiam sciant quae sciant fieri, ut olim fuere Epimenides et Orpheus et Pythagoras et Ostanes. ac dein similiter suspectata Empedocli καθαρμοί, Socratis δαιμόνιον, Platonis τὸ ἀγαθόν. (454) gratulor igitur mihi, cum et ego tot ac tantis uiris adnumeror.

Ceterum ea quae ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt uana et inepta †simplicia uereor, ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt. 'cur', inquit, 'piscium quaedam genera quaesisti?' quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso gulae causa liceret. 'cur mulier libera tibi nupsit post annos tredecim uiduitatis?' quasi non magis mirandum sit, quod p. 37 Kr. tot annis non nupserit. 'cur prius quam tibi nuberet, scripsit nescio quid in epistula quod sibi uidebatur?' quasi quisquam debeat causas alienae sententiae reddere. at enim || maior natu non est iuuenem aspernata. igitur f. 110b. (455) hoc ipsum argumentum est nihil opus magia fuisse, ut nubere uellet mulier uiro, uidua caelibi, maior iuniori. iam et illa similia: 'habet quiddam Apuleius domi quod sancte colit': quasi non id potius crimen sit, quod colas non habere. 'cecidit praesente Apuleio puer.' quid enim, si iuuenis, quid si etiam senex adsistente me corruisset uel morbo corporis imp*li*citus uel lubrico soli prolapsus? hiscine argumentis magiam probatis, casu puer*u*li et ma- f. 8a. trimonio mulieris et obsonio piscium?

Possem equidem bono periculo uel his dictis contentus XXVIII perorare. quoniam tamen mihi pro accusationis longitu-

4 suspectata F φ *cf.* 39.4 | ε̄. pedocli F (*nihil superscriptum est*) 5 Socrati F 7 adnumeror F φ adnumerer *Kr.* 9 simplicia *sic corrupte* F φ simulacra *Kr.* 14 XIII³ F 15 nubserit F nupserit φ 16 epistula F epistola φ 24 assistente φ *cf.* 34. 2 25 implicitus *scripsi* impeditus F φ cf. Met. X 9, p. 229. 8 *et* IV 3, p. 69. 14, *potest etiam cogitari de* impetitus 26 magian F φ | pueruli *Salm.* puerili F φ 26 *uerba* casu — 27 piscium *Kr. cum Nakio expunxit* 29 tamen *deest in* F φ

f. 110b. f. 8a. Ed. Oudend.

dine largiter aquae superest, cedo, si [illegible] magis cognitum? consideremus. atque ego omnia obiecta [illegible] sin nescis, con-sunt, non negabo, sed perinde atque si [illegible] nescis. tam rudis ut omnis ista multitudo, quae plurima [illegible] atque uulgi fabu-dum conuenit, aperte intellegat, nihil [illegible] uerisimiliter? modo uere dici, sed ne falso quidem [illegible] dendum piscis non ex innocentiae fiducia, quamuis li[illegible] quaesita? nisi (459) potius habeant defendere. primum igit[illegible] Venus dicitur *refutabo* ac *conuincam*, nihil ea ad [illegible]. quam multa dein etsi maxime magus forem, tamen [illegible] magiae repetisti. causam ullam neque occasionem fuisse. [illegible] quaeri ad maleficio experirentur. ibi etiam de fal[illegible] numerat uittas epistulis mulieris perperam lectis et neq[illegible] et licia disco-deque matrimonio meo ac Pudentillae dis[illegible] nobilem, ceram me susceptum officii gratia quam lucri [illegible] serio scripsit: quod quidem matrimonium nostrum Aemi[illegible] aenis mane quanto angori quantaeque diuidiae [illegible] ai. huiusce accusationis obeundae ira et rab[illegible] reuulsus insania exorta est. quae si omnia pala[illegible] ostendero, tunc denique te, Claudi Maxime, [illegible] menta magis p. 40 K. adsunt contestabor, || puerum illum Sicinium [illegible] sed dorsis uignum meum, cuius obtentu et uoluntate [illegible], sed pro- (460) accusor, nuperrime curae meae ereptum, post [illegible] hamis inun-eius | Pontianus et natu maior et moribus [illegible] nominat, tu suum obiit, atque ita in me ac matrem su[illegible] et ossa, efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus [illegible] memorassem, repudiata omni disciplina, scelestis accusationis dimentis patruo Aemiliano potius quam fratri similem futurum.

XXIX Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia

1 largit[2] φ 2 atquȩ φ 5 intellegat F [illegible] 9 an
9 refutabo ac conuincam *scripsi* conuincam ac ref[illegible] recepisti
magian F magia[3] φ 12 experirentur *sic* F φ | fal[illegible] 407 O.
falso Fφ 13 ēpt|ſ F ēptiſ φ 17 diuidiae F [illegible] Kr.
*in ras.* 20 claudi[o] φ 21 adsunt[s] φ 23 eru[illegible] Fφ ex-
26 effera-tum F

f. 111a. f 8b.

tiam Theocriti paria et alia Homeri et Orphei plu- : ex comoediis et tragoediis Graecis et ex historiis ·petissem, ni te dudum animaduertissem Graecam ''lae epistulam legere nequiuisse. igitur unum etiam Latinum attingam; uersus ipsos [quos] agnoscent ·lium legere:

philtra omnia undique eruunt:
antipathes illud quaeritur,
trochiscili, ungues, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
saurae, inlices bicodulae,
hinnien*ti*um dulcedines.

XXXI iaec et alia quaesisse me potius quam pisces longe .milius confinxisses — his etenim fortasse per famam gatam fides fuisset —, si tibi ulla eruditio adfuisset. ·ro piscis ad quam rem facit captus nisi ad epulas us? ceterum ad magiam nihil quicquam uidetur mihi .re. dicam unde id coniectem. Pythagoram plerique sti sectatorem similiterque magiae peritum arbitrati, memoriae prodiderunt, cum animaduertisset proxime

cf. Val. Max. IV 1. 7; Ext. (p. 193 ed. Kempf), Plut. ;mp. 8. 8, Ael. V. H. 13. 31.

iediis F | tragediis φ 4 eptam φ 5 quos *seclus.* ·os ⟨dicam⟩, quos *Rohde cll.* p. 50. 14 484 O. p. 48. 14 Kr. m *uulgo* lelii Fφ 8 *redii ad ordinem librorum* omnia undique eruunt antiphates illud quaeritur Fφ illud quaerito Philtra omnia undique irruunt *Kr.* antipathes *Salm. cll. Plin. H. N.* 37. 145 | irruunt *Salm. Baehr.* 9 trochiscili Fφ trochus, pili *Kr. cum Salm.* *Casaub.* trochi, scyphi *Baehr.* | ungues φ unges F surculis aurę Fφ 11 ilices φ 12 hinnientum F 14 hiis φ[1] 15 affuisset φ 17 quicquam] F quaq φ | uidetur φ | m φ 19 Z oroastri F 19, 36. 7 Zoroastri φ (s *add. m. fortasse* 2, *sed ualde*

f. 110b. f. 8a. Ed. Oudend.
dine largiter aquae superest, cedo, si uidetur, singula
consideremus. atque ego omnia obiecta seu uera seu falsa
sunt, non negabo, sed perinde atque si facta sint fatebor,
ut omnis ista multitudo, quae plurima undique ad audien- (456)
dum conuenit, aperte intellegat, nihil in philosophos non
modo uere dici, sed ne falso quidem posse confingi, quod
non ex innocentiae fiducia, quamuis liceat negare, tamen
potius habeant defendere. primum igitur argumenta eorum
*refutabo* ac *conuincam*, nihil ea ad magiam pertinere:
dein etsi maxime magus forem, tamen ostendam neque
causam ullam neque occasionem fuisse, ut me in aliquo
maleficio experirentur. ibi etiam de falso inuidia deque
epistulis mulieris perperam lectis et nequius interpretatis
deque matrimonio meo ac Pudentillae disputabo, idque a
me susceptum officii gratia quam lucri causa docebo.
quod quidem matrimonium nostrum Aemiliano huic im- (457)
mane quanto angori quantaeque diuidiae fuit: inde omnis p. 33 Kr
huiusce accusationis obeundae ira et rabies et denique
insania exorta est. quae si omnia palam et dilucide
ostendero, tunc denique te, Claudi Maxime, et omnis qui
adsunt contestabor, ‖ puerum illum Sicinium Pudentem pri-
uignum meum, cuius obtentu et uoluntate a patruo eius
accusor, nuperrime curae meae ereptum, postquam frater
eius | Pontianus et natu maior et moribus melior diem
suum obiit, atque ita in me ac matrem suam nefarie
efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis ac
repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius ru-
dimentis patruo Aemiliano potius quam fratri Pontiano
similem futurum.

XXIX Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Aemiliani

1 largit φ 2 atquẹ φ 5 intellegat F intelligat φ 9 refutabo ac conuincam *scripsi* conuincam ac refutabo F φ | magian F magia[3] φ 12 experirentur *sic* F φ | falsa *Casaub.* falso F φ 13 ẹpt|ſ F eptiſ φ 17 diuidiae F ⌊inuidiae⌋ φ *in ras.* 20 claudi φ 21 adsunt φ 23 eruptum F φ 26 effera-tum F

Oudend. f. 110b. f. 8a.

huiusce deliramenta, orsus ab eo quod ad suspicionem magiae quasi ualidissimum in principio dici animaduertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quaesisse. utrum igitur horum ad suspectandam magiam ualet? quodne piscatores mihi piscem quaesierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse, atque ita opera cuiusque artis permutanda, si uellem calumniis uestris uitare, ut faber mihi piscem euerreret, ut piscator mutuo lignum dedolaret. an ex eo intellexistis maleficio quaeri pisciculos, quod pretio quaerebantur? credo, si conuiuio uellem, gratis quaesissem. quin igitur etiam ex aliis plerisque me arguitis? nam saepe numero et uinum et olus et pomum et panem pretio mutaui. eo
(458) pacto cuppedinariis omnibus famem decernis. quis enim ab illis obsonare audebit, si quidem statuitur, omnia edulia quae depenso parantur non cenae, sed magiae desiderari? quod si nihil remanet suspicionis, neque in
39 Kr. piscatoribus mercede inuitatis ad quod solent [ad piscem capiundum] — quos tamen nullos ad testimonium produxere, quippe qui nulli fuerunt —, neque in ipso pretio rei uenalis, cuius tamen quantitatem nullam taxauere, ne si mediocre pretium dixissent, contemneretur, si plurimum, non crederetur; si in his, ut dico, nulla suspicio est: respondeat mihi Aemilianus, | quo ‖ proximo signo ad f. 111a. f. 8b.
accusationem magiae sit inductus.

XXX 'Pisces', inquit, 'quaeris'. nolo negare. sed oro te: qui pisces quaerit, magus est? equidem non magis arbitror, quam si lepores quaererem uel apros uel altilia. an soli

1 suspicionem F φ  4 magia3 *fuit in* F *sed superscripsit m.* 2: n  6 phrigionibns F frigionibus φ  7 calumniis $\overline{\text{uris}}$ F calumpniis uestris φ  9 mut$\overset{u}{\text{a}}$o F (a *ex* u *mutata est*)  13 ⌞h⌟olus F holus φ | pomū φ  14 cup⌞id⌟inariis φ (id *in ras.*)  16 de penso F φ  17 desiderari F φ destinari *Fuluius* | suspicionis F φ  18 mercede *in* φ *m. r. add. in mg., in textu deest* | [ad piscem capiundum] *seclusit Scriuerius*  21 nullum F  23 suspicio F

f. 111a. f. 8b. Ed. Oudend.

pisces habent aliquid occultum aliis, sed magis cognitum? hoc si scis quid sit, magus es profecto; sin nescis, confitearis necesse est id te accusare quod nescis. tam rudis uos esse omnium litterarum, omnium denique uulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista uerisimiliter? quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus et frigidus aut omnino res pelago quaesita? nisi (459) forte hoc uos ad mendacium induxit, quod Venus dicitur pelago exorta. audi sis, Tannoni Pudens, quam multa nescieris, qui de piscibus argumentum magiae repetisti. at si Vergilium legisses, profecto scisses, alia quaeri ad hanc rem solere. ille enim quantum scio enumerat uittas mollis et uerbenas pinguis et tura mascula et licia discolora, praeterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem: nec minus quae iam in opere serio scripsit:

falcibus et messae ad lunam quaeruntur aenis
pubentes herbae nigri cum lacte ueneni.
quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsus
et matri praereptus amor.

at tu piscium insimulator longe diuersa instrumenta magis p. 40 K. attribuis, non frontibus teneris detergenda, sed dorsis squalentibus excidenda, nec fundo reuellenda, sed pro- (460) fundo extrahenda, nec falcibus metenda, sed hamis inuncanda. postremo in maleficio ille uenenum nominat, tu pulmentum, ille herbas et surculos, tu squamas et ossa, ille pratum | decerpit, tu fluctum scrutaris. memorassem,

12—15 Verg. Ecl. VIII 64—82.
16—20 Verg. Aen. IV 513—516.
23 Plaut. Capt. 182.

1 aliquit F  3 rudis Fφ  4 litterarum F  9 an non ⌊im⌋pudens φ (an *in ras.*)  10 repetisti *Rhode* recepisti Fφ  11 at si vergilium F virgilium φ *cf.* p. 16. 3, 407 O. p. 16. 5 Kr.  13 thura φ  15 iam Fφ idem *Kr.*  18 reuulsum F  21 at tribuis F  22 excidenda Fφ exscindenda *Kr.*

tibi etiam Theocriti paria et alia Homeri et Orphei plurima, et ex comoediis et tragoediis Graecis et ex historiis multa repetissem, ni te dudum animaduertissem Graecam Pudentillae epistulam legere nequiuisse. igitur unum etiam poetam Latinum attingam; uersus ipsos [quos] agnoscent qui Laelium legere:

(461) philtra omnia undique eruunt:
antipathes illud quaeritur,
(462) trochiscili, ungues, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
(463) saurae, inlices bicodulae,
(464) hinnien*ti*um dulcedines.

Haec et alia quaesisse me potius quam pisces longe XXXI
uerisimilius confinxisses — his etenim fortasse per famam peruulgatam fides fuisset —, si tibi ulla eruditio adfuisset. enimuero piscis ad quam rem facit captus nisi ad epulas coctus? ceterum ad magiam nihil quicquam uidetur mihi
p. 41 Kr. (465) adiutare. dicam unde id coniectem. Pythagoram plerique Zoroastri sectatorem similiterque magiae peritum arbitrati, tamen memoriae prodiderunt, cum animaduertisset proxime

20 cf. Val. Max. IV 1. 7; Ext. (p. 193 ed. Kempf), Plut. Symp. 8. 8, Ael. V. H. 13. 31.

2 com(o)ediis F | tragediis φ 4 eptam φ 5 quos *seclus. Salmas.* ipsos ⟨dicam⟩, quos *Rohde cll.* p. 50. 14 484 O. p. 48. 14 Kr. 6 Laeuium *uulgo* lɛliū Fφ 8 *redii ad ordinem librorum* philtra omnia undique eruunt antiphates illud quaeritur Fφ antipathes illud quaerito Philtra omnia undique irruunt *Kr. cum Salm.* antipathes *Salm. cll. Plin. H. N.* 37. 145 | irruunt *Salm.* adruont *Baehr.* 9 trochiscili Fφ trochus, pili *Kr. cum Salm.* trochilisci *Casaub.* trochi, scyphi *Baehr.* | ungues φ unges F 10—11 surculis aurę Fφ 11 i(l)lices φ 12 hinnientum F 13 alia Fφ 14 hiis φ[1] 15 affuisset φ 17 quicquam] quanquam F qua(—a)q φ | uid(i)etur φ | m φ 19 'Z₁oroastri F *cf.* 35. 15. 19, 36. 7 Zoroast(s)ri φ (s *add. m. fortasse* 2, *sed ualde antiqua*)

f. 111a. f. 8b. Ed. Oudend.

Metapontum in litore Italiae suae, quam subsiciuam Graeciam fecerat, a quibusdam piscatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emisse et pretio dato iussisse, ilico piscis eos qui capti tenebantur solui retibus et reddi profundo; quos scilicet eum de manibus amissurum non fuisse, si quid in his utile ad magiam comperisset. sed enim uir egregie doctus et ueterum aemulator meminerat

f. 9a. Homerum, | poetam multiscium uel potius cunctarum rerum adprime peritum, uim omnem medicaminum non mari, sed terrae *a*scripsisse, cum de quadam saga ad hunc modum memorauit:

*ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.*

itemque alibi carminum similiter:

*τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα* (466)

*φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά,*

cum tamen nunquam apud eum marino aliquo et pisculento medicauit nec Proteus faciem nec Vlixes scrobem

f. 111b. nec || Aeolus follem nec Helena creterram nec Circe poculum nec Venus cingulum. at uos soli reperti estis ex omni memoria, qui uim herbarum et radicum et surcu- (467) p. 42 Kr.

12 Il. *Λ* 741.
14 Od. *δ* 229.
18—19 Od. *δ* 364, *λ* 25, *κ* 19, *δ* 591, *κ* 234. Il. *Ξ* 214.

1 subsicinam F *in mg.* + (SubsciUa (*m. recentior longis et acutis litteris*) 2 quibus dum F quibusdam φ 3 emiss F (em) | ilico Fφ 5 amissurum F *cf.* Met. VIII 4, p. 166. 13 emissurum φ *Kr.* 6 fuisset F | si quidem Fφ[1] si quid φ | iis φ (*corr. ex* hiis) | magian F 9 omnem Fφ omnium *Kr.* 10 ascripsisse *Casaub.* scripsisse Fφ 12 ητοcαθαρμακα hdειοcατρε | Φει εγρειαχθωy F 13 itemque Fφ idemque *Kr.* 14 Th Πλειcτα Φειρει zειdωρος αρογρα | φαρμακα πολλα μεν εcθλα μεμι | μανα πολλα de λυγρα 16 nunquam F nun. quam φ nusquam *Kr. cum Jahn* | marino *in* F *est man. prim.* | piscolento Fφ 18 creterram F (*in mg.* cret³ra) cretra φ *cf.* Florida XX, 96 O. p. 33. 13 Kr. 20 erbarum F | surculorum et lapillorum *cf.* Met. II 6 p. 26. 4

lorum et lapillorum quasi quadam colluuione naturae de summis montibus in mare transferatis et penitus piscium uentribus insuatis. igitur ut solebat ad magorum cerimonias aduocari Mercurius carminum *in*uentor et illex animi Venus et Luna noctium conscia et manium potens Triuia: uobis auctoribus posthac Neptunus cum Salacia et Portuno (468) et omni choro Nerei ab aestibus fretorum ad aestus amorum transferentur.

Dixi, cur non arbitrer quicquam negotii esse magis et XXXII piscibus. nunc, si uidetur, credamus Aemiliano, solere pisces etiam ad magicas potestates adiuuare. num ergo propterea quicumque quaerit ⟨piscem⟩ et ipse magus est? eo quidem pacto et qui myoparonem quaesierit pirata erit et qui uectem perfossor et qui gladium sicarius. nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua obesse, | nec tam laetum, quin possit ad tristitudinem intellegi. nec tamen omnia idcirco ad *s*equiorem suspicionem trahuntur, ut si tus et casiam et myrrham ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cum et medicamento parentur et sacrificio. (469) ceterum eodem piscium argumento etiam Menelai socios putabis magos fuisse, quos ait poeta praecipuus flexis hamulis apud Pharum insulam famem propulsasse; etiam

22 Od. δ 368.

1 co⌊l⌋uuione φ   4 carminum inuentor *Stewech.* c. uector Fφ *nisi quidem fuit* carminum ⟨inuentor et Charon animarum⟩ uector (*cf.* Met. VI 20, 132. 18) *uel* carminum ⟨inuentor et animarum⟩ uector   7 choro Nerei *scripsi* Choro nerej ⌊dū⌋ F c. Nereidum *Kr. cf.* Met. IV 31, p. 92. 6: adsunt Nerei filiae chorum canentes   12 piscem *om.* Fφ   13 pyrata φ   17 intelligi Fφ *cf* p. 45. 6, 471 O. p. 43. 21 Kr. | idcirco Fφ | sequiorem *Brant* nequiorem Fφ   18 suspicionem F | thus φ | myrram Fφ   19 ⌊id⌋ ad genus φ | emptos *in* F *supra uersum add. aut* F[1] *aut antiqua m. posterior*   20 pare⌊n⌋tur F   23 aput F | farum φ

f. 111b. f. 9a. Ed. Oudend.

mergos et delphinos et scillam tu eodem referes, etiam gulones omnis, qui inpendio a piscatoribus merguntur, etiam ipsos piscatores, qui omnium generum piscis arte adquirunt. 'cur ergo tu quaeris?' nolo equidem ‖ nec p. 43 Kr. (470) necessarium habeo tibi dicere, sed per te, si potes, ad hoc quaesisse me argue, ut si helleborum uel cicutam uel sucum papaueris emissem, item alia eiusdem modi quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio uel quantitas noxia est. quis equo animo pateretur, si me per haec (471) ueneficii arcesseres, quod ex illis potest homo occidi?

XXXIIII Videamus tamen, quae fuerint piscium genera tam necessaria ad habendum tamque rara ad repperiendum, ut merito statuto praemio quaererentur. tria omnino nominauer*u*nt, unum falsi, duo mentiti. falsi, quod leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison seruus noster, medicinae non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciundum: nam quidem leporem nondum etiam inuenit. sed profiteor me quaerere et cetera, non piscatoribus modo, uerum etiam amicis meis negotio dato, quicunque minus co- f. 9b. gniti | generis piscis inciderit, ut *aut ipsum uiuum uel*

1 delfinos F | scillam F φ scillas *Kr.* 2 o͂s F¹ oes F² | inpendio F | merguntur *sic* F φ 3 oi͂ F | piscis F 4 acquirunt φ | cum F φ 5 scire potes *Rohde* 6 *post* ut *Kr. statuit lacunam, cuius in cdd. nullum uestigium extat, neque opus est dummodo post* noxia est (*us.* 9) *interpunxeris. Hoc dicit*: nolo tibi causam cur pisces quaesierim, dicere, sed tua sponte, si non es nimis stultus, me accusa, me eodem consilio pisces comparasse, quo usus essem, si medicamina, quae et noxia et salutaria esse possint, emissem. Nemo me ideo ueneficum crederet. | elleborum F φ 7 sucum F φ | parauerіſ. ſemisse F (*prior* ſ *in lit. punctum et altera* ſ *erasa sunt*; parauit emisse φ 9 hec F φ hoc *Kr.* 12 repperiendum F reperiendum φ 13 statu F statuto φ stato *Rossbach* | nominauerunt *Casaub.* nominauerant F φ 16 themis conseruus F φ 18 inuenit F φ inueni *Kr. cum Groslotio* 20 quicumque φ 21 ut aut ipsum uiuum uel mortuum ostendant, aut si id nequierint, eius mihi formam

Ed. Oudend. f. 111b. f. 9b.

*mortuum ostendant, aut si id nequierint, eius mihi formam commemorent.* quam ob rem id faciam, mox docebo. mentiti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi uidentur, cum me ad finem calumniae confinxerunt duas res marinas impudicis uocabulis quaesisse, quas Tannonius ille cum utriusque sexus genitalia intellegi uellet, sed (472) eloqui propter infantiam causidicus summus nequiret, multum ac diu haesitato tandem uirile marinum nescio qua circumlocutione male ac sordide nominauit. sed enim feminal nullo pacto repperiens munditer dicere ad mea scripta confugit et ⟨e⟩ quodam libro meo legit: 'interfeminium tegat et femoris obiectu et palmae uelamento.'

p. 44 Kr. Hic etiam pro sua grauitate uitio mihi uortebat, quod XXXIV me nec sordidiora dicere honeste pigeret. at ego illi contra iustius exprobrarim, quod qui ‖ eloquentiae patro- f. 112a. cinium uulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blateret ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringul- (473) tiat uel omnino obmutescat. cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem neque interfeminium nominassem, quibus tandem uerbis accusasses crimen illud tam stultitiae quam linguae tuae congruens? an quicquam stultius quam ex nominum propinquitate uim similem rerum coniectam? et fortasse an peracute repperisse uobis

11 cf. Met. II 17. p. 35. 7, XI 14 p. 262. 16.

commemorent *scripsi, cdd.* habent: ut eius mihi aut formam commemorent aut ipsum uiuum, si id nequierint, uel mortuum ostendant | uel si id nequierint, mortuum *Vulcanius*
3 *mg.* F *habet* uirile marinū, feminal *et* interfeminium res (*incertum m.* 1 *an* 2)
4 calumpnie φ 5 marinas φ 6 intelligi Fφ *cf.* p. 43. 17 10 repperiens F reperiens φ *cf.* p. 44. 12, 45. 23 11 et quodam libro meo Fφ et e q. meo l. *Kr.* 13 ūtebat φ (~ *in ras.*) 17 blateret Fφ *cf.* 6. 2 18 ommutescat F 19 interfem[i]inam F interfeminam φ 23 coniectam Fφ coniectari *Kr.* | et Fφ set *Kr. cum Jahn* | repperisse F re[p]perisse φ *cf. ad. us.* 10

uidebamini, *ut* quaesisse me fingeretis ad illecebras magicas duo haec marina, ueretillum et uirginal; disce enim nomina rerum Latina, quae propterea uarie nominaui, | ut denuo instructus accuses. memento tamen tam ridiculum argumentum fore desiderata ad res uenereas marina obscena, quam si dicas marinum pectinem comendo capillo quaesitum uel aucupandis uolantibus piscem accipitrem aut uenandis apris piscem apriculum aut eliciendis mortuis marina caluaria. respondeo igitur ad hunc uestrum locum non minus insulse quam absurde commentum, me hasce nugas marinas et quisquilias litoralis neque pretio neque (474) gratis quaesisse.

XXXV Illud etiam praeterea respondeo, nescisse uos, quid a me quaesitum fingeretis. haec enim friuola quae nominastis pleraque in litoribus omnibus congestim et aceruatim iacent, et sine ullius opera quamlibet leuiter motis flucticulis ultro foras euoluuntur. quin ergo dicitis me eadem opera pretio impenso per plurimos piscatoris quae- p. 45 Kr. sisse de litore conchulam striatam, testam †habentem, calculum teretem, praeterea cancrorum furcas, echinorum caliculos, lolliginum ligulas, postremo assulas, festucas, (475) resticulas, [et] ostrea Pergami uermiculata, denique muscum et algam, cetera maris eiectamenta, quae ubique locorum uentis expelluntur, salo exspuuntur, tempestate

1 ut *Kr.* at F ac φ (*ita*: uidebamini acq̄sisse) 2 ueretillam F uerentillam φ *mg.* F *habet* (+ ueretillum uirginale) 11 quisquilias *Groslot* quiscillas F qui scillas φ | litoralis *sic* F 14 fribola F φ *cf.* p. 6. 22, 385 O. p. 6. 6 Kr. 18 impenso F inpenso φ | plurimis os F plurimis [h] os φ. *Ad hanc paginam* F *habet adnotationes*: pecten marinū, accipit⁀piscis, ap'cul' piscis, caluaria marina 19 conchalam F φ | habentem F φ patentem *cum J. F. Gronov. Kr.* tabentem *J. Gronov.* hebetem *ed. Vicentina* 1488 albentem *Brant* 20 echinorum *uulgo* echinum F φ 21 loliginum iugulas *mg.* F 22 et *om.* F *addit* φ 23 alga; cetera F *non* et cetera; et *deest etiam in* φ 24 litorum F *ex corr.* litorum φ (*non* locorum) | salo (a *ex* o *corr. est*) | expuuntur

ed. Oudend. f. 112a. f. 9b.

reciprocantur, tranquillo deseruntur? ‖ neque enim minus istis quae commemoraui accommodari possunt similiter ex uocabulo suspiciones. posse dicitis ad res uenerias sumpta de mari spuria et fascina propter nominum similitudinem: qui minus possit ex eodem litore calculus ad uesicam,
(476) testa ad testamentum, cancer ad ulcera, alga ad quercerum? nae tu, | Claudi Maxime, nimis patiens uir es et oppido f. 10a.
pro*lixa* humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu hercle perpessus sis. equidem cum haec ab illis quasi grauia et uincibilia dicerentur, illorum stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar.

Ceterum quam ob rem plurimos iam piscis cognouerim, XXXVI
(477) quorundam adhuc nescius esse nolim, discat Aemilianus, quoniam usque adeo rebus meis curat. quanquam est iam praecipiti aeuo et occidua senectute, tamen, si uidetur, accipiat doctrinam seram plane et postumam. legat ueterum philosophorum monumenta, tandem ut intellegat, non me primum haec requisisse, sed iam pridem maiores meos, Aristotelen dico et Theophrastum et Eudemum et
p.46Kr. Lyconem ceterosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium deque uictu deque particulis deque omni differentia reliquerunt. bene quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis *περὶ ζῴων γενέσεως, περὶ ζῴων ἀνατομῆς, περὶ ζῴων ἱστορίας* multiiuga uolumina, praeterea problemata
(478) innumera ⟨*cum*⟩ eiusdem, tum ex eadem secta ceterorum,

24 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 277 et 710.

3 suspiciones Fφ | uenerias Fφ 5 calculos Fφ 6 querceru$^{3}$ Fφ querceram *Kr.* 7 nae] ne Fφ 8 prolixa *Casaub.* proxima Fφ 12 piscis cognouerim quorundam F piscis nominauerim cognouerim φ 16 postumum Fφ 17 intellegat F intelligat φ 19 aristotelen F aristotilen φ | theo$^{h}$prastum tendemum Fφ 20 Liconem Fφ 24 ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΓΕΝΕ | ΕΕΙШ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝΑΝΑ ΤΟΜΟΙϹ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙϹΤΟΡΙΑϹ F *Graeca in mg. m. recenti sunt repetita* 26 ⟨cum⟩

f. 112a. f. 10a. Ed. Oudend.

in quibus id genus uaria tractantur. quae tanta cura conquisita si honestum et gloriosum illis fuit scribere, cur turpe sit nobis experiri? praesertim cum ordinatius et cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conscribere et in omnibus aut omissa adquirere aut defecta supplere. permittite, si opera est, quaedam legi de magicis meis, ut sciat me Aemilianus plura quam putat quaerere et
f. 112b. sedulo explorare. prome tu librum e Graecis | meis, ‖ ⟨*si*⟩ quos forte h*uc* amici *attulere*, sed *uti*que naturalium quaestionum, atque eum maxime, in quo plura de piscium genere tractata sunt. interea, dum hic quaerit, ego (479)
exemplum rei competens dixero.

XXXVII Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes (uixit enim ad extremam senectam), cum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam, peregregi*a*m tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eam iudicibus legisse nec quicquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. ibi ego comperior omnis iudices tanto poetae adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse ob argumenti sollertiam et cothurnum facundiae, nec p. 47 Kr.
ita multum omnis afuisse quin accusatorem potius dementiae condemnarent.

Inuenisti tu librum? beasti. cedo enim experiamur,

*inserui in* F, *post* innumera *quinque litt. lacuna* | recta F φ *cf.* Met. VIII 13 p. 173. 11

4 cohibilius *etiam* φ | adnititur φ 6 opera F φ operae *Kr. cum Scriuer.* 9 ⟨si⟩quos *Lipsius* | huc — attulere *dubitanter Kr.* hic — habuere *cdd.* | sed utique *Kr. cum Lips.* sedulique F φ 16 colonaeum F φ | peregregium F φ 18 quicquam φ 19 condempnarent φ 20 comperio romanis F comperio roman⌊o$^{s}$⌋ (o$^{s}$ *in lit.*) 21 adsurrexisse F assurrexisse φ 22 coturnum F cothurni facundiam *Fuluius* 23 ōīſ afuisse F omnis ⌊u⌋affuisse 24 condemnarent F condempnarent φ 25 beasti *sic* F φ | cedo enim exp. *Kronenb. cum Bosscha* cedo enim: exp. *Kr.*

an et mihi possint in iudicio litterae meae prodesse. lege pauca de principio, dein quaedam de piscibus. at tu interea, dum legit, aquam sustine.

(480) Audisti, Maxime, quorum pleraque scilicet legeras XXXVIII apud antiquos philosophorum. et memento de solis piscibus haec uolumina a me conscripta, qui eorum coitu pro-(481) gignantur, qui ex limo coalescant, quotiens et quid anni cuiusque eorum generis feminae *subent*, mares suriant, quibus membris et causis discrerit natura uiuiparos eorum et ouiparos — ita enim Latine appello, quae Graeci ζῳοτόκα καὶ ᾠοτόκα — et, ne per omnes animalium geni*turas* pergam, deinde de differentia et | uictu et membris et aetatibus ceterisque plurimis scitu quidem necessariis, sed in iudicio alienis. pauca etiam de Latinis scribtis meis ad eandem peritiam pertinentibus legi iubebo, in quibus animaduertes cum *res* cognitu raras, tum nomina etiam Romanis inusitata et in hodiernum, quod sciam, infecta, ea tamen nomina labore meo et studio ita de Graecis prouenire, || ut tamen Latina moneta percussa sint. uel dicant nobis, Aemiliane, patroni tui, ubi legerint Latine haec pronuntiata uocabula. de solis aquatilibus (482) p. 48 Kr. dicam nec cetera animalia nisi in communibus differentes †attingam. ausculta igitur quae dicam. iam me clamabis magica nomina Aegyptio uel Babylonico ritu percen-

1 litterae F 3 ta] quamquam F tamquam φ aquam *uulgo* 8 cuiusque eorum φ (// // *add. m. r.*) | subent *Coluius* subenƶanƶ F (i. e. *duplex lectio*) 11 Ζωτοκα ЄΙωϹ τοκα F Ζωτοκαειωτοκα φ (ιoȷ) | ne per omnes animalium *Casaub.* genituras (*uel* genitus) *Jahn* ne operose per aquatilium genitus p. *Kr.* ne operose per omnes animalium genitus pergam *Elmenh.* et ne perose animalium genita F et ne pose anialiu³ genita pga³ deinde differentia φ 14 scribtis F 15 ad eande³ *mg.* F 16 cum res *Salmas.* | cum me cognitu F φ (co≡itu φ, *fuit* cohitu) 18 tamen *seclusit Kr.* 19 tamen] tanquam *Pricaeus* 20 emiliane φ (ιoȷ) 22 differentes F φ differentiis *Kr. cum Casaub.*

f. 112b. f. 10a. Ed. Oud.

sere: *σελάχεια*, *μαλάκεια*, *μαλακόστρακα*, *χονδράκανθα*, *ὀστρακόδερμα*, *καρχαρόδοντα*, *ἀμφίβια*, *λεπιδωτά*, *φολιδωτά*, *δερμόπτερα*, *πεζά*, *νέποδα*, *μονήρη*, *συναγελαστικά*. possum etiam pergere; sed non est operae in istis diem terere, ut sit mihi tempus adgredi ad cetera. haec interim quae dixi pauca recita Latine a me enuntiata.

XXXIX Vtrum igitur putas philosopho non secundum Cynicam temeritatem rudi et indocto, sed qui se Platonicae scholae (483) meminerit, utrum ei putas turpe scire ista an nescire, neglegere an curare, nosse quanta sit etiam in istis prouidentiae ratio an ⟨*de*⟩ diis immortalibus matri et patri credere? Q. Ennius hed*y*phag*e*tica *qui* uersibus scripsit, in- (484) numerabilia genera piscium enumerat, quae scilicet curiose cognouerat. paucos uersus memini, eos dicam:

f. 10b. Omnibus ut Clipe*ae* praestat mustela marina
mures sunt Aeni *su*per, ostrea plurima Abydi. (485)

11 cf. Min. Fel. Oct. c. 6.
12 Vahleni quaestiones Ennianae p. XCI (fragm. p. 166); Enn. C. Rel. ed. L. M. p. 83, 210.
16—p. 51. 1 Athen. III p. 92d: *Ἀρχέστρατος δ' ἐν Γαστρονομίᾳ φησί· τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος, | τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη· | πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν*....

1 Cαλυ χECα ΜαλαΚΕΙα ΜαΧαΚΟσΤΡα Κα | ΧΟΝdΡα ΚαΝΘα ΟCΤΡαΚΟdepμακαρχαΡο | doΝΤα αΜΦΙΒΙα >ΕΠΙdωΤα ΦΟλΙα ωΤα|dΕΡΜΟΠΤΕΡα ΠΕCαΝΟΠΟdα ΝΟΝhph· CyΝα | ΓΕλαCΤΙΚα 4 *suspicor inter* terere *et* ut *quaedam excidisse, uelut*: qui iam satis est prouectus; 5 aggredi φ 6 dixi Fφ (*non* dixit) 7 utrum] uerum Fφ | cinicam Fφ 9 neglegere F negligere φ 11 de *om.* Fφ | diis Fφ hedͬphagitica F he δς̄ phagitica φ hedyphagetica *ex Seriuerii* hedyphageticis | qui uersibus *Bosscha* aũſib; F au²|sib; φ cc uersibus *Rossbach* | scribsit F *post* scripsit *add. Jahn et Kr.* ⟨ibi⟩ 14 cognoụẹrat F cognouerat φ 15 omĩbus ut clipea p̄stat | mustela marina. mures sunt aen aspera ostrea | plurima abidi|m; (|*add. m. r.*) F [i (*m.* 1)] Clupeae *Turnebus* 16 sic *L. Mull.* sunt Fφ | Aeni super *Baehr.* | aspera] sparsa *L. M.* spissa *Vahlen* asperaque *Kr.*

Ed. Oudend. f. 112b. f. 10b.

p. 49 Kr. (486) Mytilenae est pecten Charadrumque apud Ambraci*aii* [finis]
(487) Brundisii sargus bonus est, hunc magnu' si erit, sume
apriculum piscem scito primum esse Tarenti;
(488) Surrenti fac emas elopem, *γλαῦκον τ' ἀπὸ Κύμης*;
quid scarus? praeterii cerebrum Ioui' paene supremi;
(489) Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque;
melanurum turdum merulamque umbramque marinam
* *
p. 50 Kr. polypus Corcyrae, caluaria pinguia Atarnae,
(490) purpura, muriculi, mure*x*, dulces quoque echini.

4 ibid. VII p. 300e: *τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς, | τόν γε κρατιστεύοντα.*
10 ibid. VII p. 318f: *πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι· | καὶ Κέρκυρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος.*

*cum Bergk* aeniaſpa φ | abidim; φ *Baehr. post* Abidi *statuit lacunam et finit uersum deficientem ita*.........mus; Mitilenae Est pecten crebrum finisque apud Ambraciaï

1—10 mitilenę est pecten caradrum|quę apud u$^7$bracię finis
brundisii sargus bonʒ est | hunc magnʒ si erit sume;
apriculu$^3$ pisce$^3$ scito | primu$^3$ esse targenti
surrenti telope$^3$ fac emas glaucu$^3$ aput cumas
qd scaru$^3$ p̄terii celebru$^3$ |ouis pęne | supp̄mi
nestoris ad patria$^3$ hic capit$^2$ magn;q; bon;q; |
melanuru$^3$ turdu$^3$ merula$^3$q; u$^3$bra | n ⸢m⸣ que marina$^3$ |
polipus corcirę caluaria pinguia carne
purpura$^3$ | marriculi mures dulces quoq; echini. F

1 Charadrumque apud Ambraciai *scripsi* [finis] *exclusi* charadrusque apud Ambraciai Finis; Brundisio sargust; *L. Muell.* est pecten crebrum finisque apud Ambraciai; Brundusii sargust *Baehr.* 2 hunc magnus erit si; Sume tibi, apriclum scito *L. M.* hunc magnus si est, tibi sume Apriclum scito *Baehr.* 4 Surrenti fac emas elopem *Bergk, Kr. L. M.* Surrenti tu elopem fac emas *Baehr.* *γλαῦκον τ' ἀπὸ Κύμης scripsi* glaucumque *ἀπὸ Κύμης Bergk* glaucum prope Cumas *L. M.* glaucum face Cumis *Baehr.* glaucumque apud Cumas *Kr. ex altera suspicione Bergkii* 5 scaru' *Bergk* 7 quid meru-

4*

112b. f. 10b. Ed. Oudend.

alios etiam multis uersibus decorauit, et ubi gentium quisque eorum, qualiter assus aut iusulentus optime sapiat, (491)
113a. nec tamen ab eruditis reprehenditur, ne ego reprehendar, qui res pau||cissimis cognitas Graece et Latine propriis et elegantibus uocabulis conscribo.

XL Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. quid enim tandem, si medicinae neque instudiosus neque imperitus quaepiam remedia ex piscibus quaero? ut sane sunt plurima cum in aliis omnibus rebus eodem naturae munere interspersa atque interseminata, tum etiam nonnulla in piscibus. an remedia nosse et ea conquirere magi potius esse quam medici, quam denique philosophi putas,

lam, turdum, melanurum *Kr. cum Bergkio* tum turdum, merulam, melanurum *Schrader post* marinam *lacunam statuit Kr.*

omĩbuſ ut clipea p‾stat mustela marina.
mures sunt aenia⌊//⌋ſpa ostrea plurima
abidim; mitiline ē pecten caradrum
q̄ ap̄d ⌊a⌋umbracie finis. Brundisii sargus
bon; ē. hunc magnu$^{3}$ si eri⌊π⌋ sume. ap(i)cu
lū pisce$^{3}$ scito p(i)mu$^{3}$ ēē tarrgenti. surren
ti telope' fac emas glaucū apϑ cumas
qd scaru$^{3}$ p‾terii cele⌊v⌋brū Iouis pene su
p‾mi nestoris ad patria$^{3}$ hic capit⌊2⌋. ma
gn;q; bonusq; melanuru$^{3}$ turdū me
rulāq; ủbra$^{3}$ ịṇque marina$^{3}$ polip' cor
cire caluaria pinguia carne. purpurā
marriculi mures dulces quoque echini φ

1 multos *Pricaeus* 2 insulentus F iu|sulentus φ (iu *in ras. scr. m. r.*) *cf. Kübler. Archiv f. L. L.* VIII. p. 137. *adn.* iurulentus *Traube. Archiv.* VI 254, *Kronenberg. Progr. Gymn. Erasm. p.* 5, *quae forma extat Met.* II 7, p. 27. 17 *et* IV 22, p. 84. 24 | sapiat F (a *scr. m. r. in ras.*) sapiat φ 3 erudi⌊t⌋is F (t *in ras.*) 6 dixi, tum] dixerim *Rohde* 9 natura Emunere F naturạe | munere φ 11 conq⌊re⌋|re φ 12 potius ē F

qui illis non ad quaestum, sed ad suppetias usur*us* est? ueteres quidem medici etiam carmina remedia uulnerum norant, ut omnis uetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Vlixi de uulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. nihil enim, quod salutis' | ferendae gratia fit, criminosum est. 'at enim', inquit, 'piscem cui rei nisi malae proscidisti, quem tibi Themison seruus attulit?' f. 11a.
(492) quasi uero non paulo prius dixerim, me de particulis om-
p. 51 Kr. nium animalium, de situ earum deque numero deque causa conscribere ac libros ἀνατομῶν Aristoteli et explorare studio et augere. atque adeo *s*umme miror, quod unum a me pisciculum inspectum sciatis, cum iam plurimos, ubicumque locorum oblati sunt, aeque inspexerim, praesertim quod nihil ego clanculo, sed omnia in propatulo ago, ut quiuis uel extrarius arbiter adsistat, more hoc et instituto magistrorum meorum, qui aiunt hominem liberum et magnificum debere, si qu*a* eat, in primori fronte animum gestare. hunc adeo pisciculum, quem uos leporem marinum nominatis, plurimis qui aderant ostendi. necdum etiam decerno quid uocem, nisi quaeram sane accuratius, quod nec apud ueteres philosophos proprietatem eius piscis reperio, quanquam sit omnium rarissima et hercule memoranda. quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera exossis, duodecim numero ossa ad simili-

2 Od. τ 456.
18 cf. Enn. fab. 106. (ed. L. M.)

1 qui Fφ cui *Kr. cum Hildebr.* | suppet⁻ias φ (⁻ *est m. r.* t⁻i *m.* 1 *in ras.*) | usurus *uulgo* usura Fφ *Kr.* 6 inquid F 7 Themis conseruus Fφ *cf.* p. 44. 16, 471 O. p. 43. 11 Kr. *legitima scriptura seruata est* 62. 8, 505 O. p. 58. 15 Kr. 9 denique numero denique causa Fφ 10 lib'///ros F 11 summe *Salm.* adeorum me miror F ad eo4.. φ 13 u cūq; φ | locarum F | oblatiſ oblati ŝ φ 15 ut] at Fφ | adsistat φ 17 debere Fφ decere *Kr.* | si qua eat *scripsi* si queat Fφ 20 qui φ | uocent Fφ 22 quanquam F quanqā φ

f. 113a. f. 11a. Ed. Oudend.

tudinem talorum suillorum in uentre eius conexa et catenata sunt. quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisis||set scripto prodere, qui aselli piscis solius omnium in medio aluo corculum situm pro maximo memorauit.

XLI 'piscem', inquit, 'proscidisti'. hoc quis ferat philosopho (493) crimen esse, quod lanio uel coquo non fuisset? 'piscem proscidisti': quod crudum, id accusas? si cocto uentrem rusparer, hepatia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens | suomet obsonio discit, eam rem non putares accusandam: atqui maius crimen est philosopho comesse piscis quam inspicere. an hariolis licet iocinera rimari, philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium haruspicem, omnium deum sacerdotem? hoc in me accusas, quod ego et Maximus in Aristotele miramur? cuius nisi libros bibliothecis exegeris et studio- (494) p. 52 Kr sorum manibus extorseris, accusare me non potes. sed de hoc paene plura quam debui.

Nunc praeterea uide, quam ipsi sese reuincant. aiunt mulierem magicis artibus, marinis illecebris a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gaetuliae mediterraneis montibus fuisse, ubi pisces p*ost* Deucalionis diluuia ⟨*non*⟩ repperiantur. *ceterum* ⟨*si scirent*⟩, quod ego

2 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 312.

1 conexa F cõnexa φ 2 aristoteles. ſi uqua (scisset *om.* Fφ) | ꝓfecto omisisset Fφ 3 scribto F scripto φ 4 medio Fφ media *Kr.* 5 inquid F 6 'piscem proscidisti': quod crudum, id accusas? *scripsi* 'piscem proscidisti: quod crudum': id accusas? *Kr.* 8 rusparet Fφ | hepetia Fφ 9 obsono F obsono φ 10 accurandam Fφ | at qui F 11 hariolis F ariolis φ | iocinena Fφ 13 haruspicem φ 18 nu³ F 19 illecebris Fφ 20 negabant F | mediterranis Fφ 21 ubi pisces post Deucalionis diluuia ⟨non⟩ repperiantur *scripsi Mnemos.* 1885 *N. S.*[1] *volum.* XIII p. 223 ꝑ deucalionis diluuia repperientur F (*in* φ ꝑ *ex* ꝗ *corr. est et legitur* reperientur) 22 ceterum ⟨si scirent⟩ *scripsi l. l. cdd. habent*: repperientur quod ego gratulor *cet.* — θηριακά. ceterum me

gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoque
*περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν* et Nicandri *θηριακά*, me etiam
*u*enefic*ii* *r*eum postularent, ut qui hoc negotium ex lectione
(495) et aemulatione Aristoteli nactus sum, nonnihil et Platone
meo adhortante, qui ait, eum qui ista uestiget *ἀμεταμέλητον παιδιὰν ἐν βίῳ παίζειν*.

Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt, accipe XLII
aliud pari quidem stultitia, sed multo tanto uanius et
nequius excogitatum. scierunt et ipsi argumentum piscarium futile et nihili futurum, praeterea nouitatem eius
ridiculam, — quis enim fando audiuit, ad magica maleficia desquamari et exdorsari piscis solere? —, potius aliquid
de rebus peruulgatioribus et iam creditis fingendum esse.
53 Kr. igitur ad praescriptum opinio|nis et famae confinxere f. 11b.
(496) puerum quempiam carmine cantatum ‖ remotis arbitris, f. 113b.
secreto loco, arula et lucerna et paucis consciis testibus,
ubi incantatus sit, corruisse, postea nescientem sui excitatum. nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi.
⟨*sed*⟩ enim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit,
puerum eundem multa praesagio praedixisse. quippe hoc
emolumentum canticis accipimus, praesagium et diuinationem. nec modo uulgi opinione, uerum etiam doctorum

2 Laert. D. V 2. 43.
5 Plat. Tim. p. 59c; Leg. III p. 685a; cf. Alcib. I p. 110b, Parmenid. p. 137b, Phaedr. p. 265c.
12 cf. Plaut. Aul. 398.

2 BωhTωM F 3 ueneficii *Casaub.* beneficiis F φ | reum *uir doctus in mg. ed. Junt. alt.* eum F φ | ut quidem F φ | postularent. Et quidem *Beyte* 4 sum F φ sim *Kr. ad uerba* —tione— Platoni *in. mg.* F *adscr. est* d | N nihil F 5 αMЄ|TàMhTON ΠàIdIàNЄNBIω ΠЄZЄIN F 7 patuerunt F φ putuerunt *olim. conieci* 8 tanta F φ 10 futile F φ | nihili] nihil F φ 11 ridiculum F φ 12 disquamari F φ *mg.* F *habet*: N† disquamari exdorsari 15 cantatum] „*malim* incantatum." *Kr. cf.* p. 60. 5. 10, 503 O. p. 56. 18, 22 Kr. *et* 62. 5. 16, 505. 506 O. p. 58. 13. 22 Kr.: *fortasse fuit*: cantato 17 nesciente F 19 ⟨sed⟩ enim *Bosscha*, *Kr.* enim F φ at enim *Pric.*

uirorum auctoritate hoc miraculum de pueris confirmatur. memini me apud Varronem philosophum, uirum accuratis- (497) sime doctum atque eruditum, cum alia eiusdem modi, tum hoc etiam legere:

Trallibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consultantibus, puerum in aqua simulacrum Mercuri contemplantem, quae futura erant, centum sexaginta uersibus cecinisse. itemque Fabium, cum quingentos denarium perdidisset, ad Nigidium consultum uenisse; ab eo pueros carmine instinctos indicauisse, ubi locorum defossa esset crumina cum parte eorum, ceteri ut forent distributi; unum etiam denarium ex eo numero habere Catonem philosophum. quem se a pedisequo in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est.

XLIII Haec et alia apud plerosque de magis et pueris lego equidem, sed dubius sententiae sum, dicamne fieri posse an negem, quanquam Platoni credam, inter deos atque (498) homines natura et loco medias quasdam diuorum potestates intersitas, easque diuinationes cunctas et magorum miracula gubernare. quin et illud mecum reputo, posse animum humanum, | praesertim puerilem et simplicem seu carminum auocamento siue odorum delenimento soporari et ad obliuionem praesentium externari et paulisper remota p. 54 Kr. corporis memoria redigi ac redire ad naturam suam, quae

17 Sympos. p. 202e.

5 rallibus F ⌊t⌋rallibus φ (t *in ras.*) 6 consultantibus Fφ consulentibus *Kr.* | mercuri F mercurii φ 7 olx F (*non addito* centum) clx φ 8 Fauium Fφ 10 indicauisse Fφ (*non* indictasse) | locarum F *cf.* 53. 13 locorum φ (*altera* o *ex corr.*) | defosso F defossa φ (a *ex corr.*) 11 crumina F ⌊bursa⌋ (*m. ualde rec.*) crumena φ | parti F par⌊te⌋ φ (te *in ras.*) *in mg.* φ *add. est* apud plerosque et 11/12 *in mg.* F *scr.est* d 13 pedisequo F 15 in stipe Fφ in stipem *cum Casaub. Kr.* | de magis et pueris *scripsi* de magiis et pueris Fφ de magicis pueris *Kr. cum Coluio* 17 qua$^3$qua$^3$ F 19 intersitus Fφ 23 externari Fφ

L. Oudend. f. 113b. f. 11b.

est immortalis scilicet et diuina, atque ita uelut quodam sopore futura rerum praesagare. uerum enimuero, ut*ut* ista sese habent, si qua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer prouidus, ‖ quantum ego audio, et corpore decorus atque integer deligi et animo sollers et ore facundus, ut in eo aut diuina potestas quasi bonis aedibus digne diuersetur, si tamen ea pueri corpore inclu-
(499) ditur, an ipse animus expergitus cito ad diuinationem suam redigatur, quae ei prompte insita et nulla obliuione saucia et hebes facile resumatur. non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. quod si ita est, nominate, quis ille fuerit puer sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. ceterum Thallus, quem nominastis, medico potius quam mago indiget. est enim miser morbo comitiali ita confectus, ut ter an quater die saepe numero sine ullis cantaminibus corruat omniaque membra con-
(500) flictationibus debilitet, facie ulcerosus, fronte et occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. maximus omnium magus est, quo praesente Thallus diu steterit: ita plerumque morbo ceu somno uergens inclinatur. eum tamen uos carminibus meis subuersum di- XLIV
xistis, quod forte me coram semel decidit. conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denuntiastis. possunt dicere omnes, quid in Thallo despuant, cur nemo | audeat cum f. 12a.
eo ex eodem catino cenare, eodem poculo bibere. et quid ego de seruis? uos ipsi, *si au*detis, negate Thallum, multo prius quam ego Oeam uenirem, corruere eo morbo solitum,

10 Iambl. de uita Pythag. c. 34 (p. 480 Kiessl.).

1 quae (ε͠ *superscr.*) immortalis F (ε͠ *add. m.* 1) | uelut F 2 utut *Colu.* ut Fφ 8 an F aut φ | diuinationem] diuinam naturam *Casaub.* 9 redigatur F dirigatur (redi *superscr.*) φ 21 ceu] seu *Casaub.* 24 exiberi F exiberi (h *superscr.*) φ 25 ōſ Fφ 26 cenare Fφ 27 si audetis *Salm.* uidetis Fφ

f. 113b. f. 12a. Ed. Oudend.

medicis saepe numero ostensum; neg*e*nt hoc conserui eius qui sunt in ministerio uestro: omnium rerum conuictum me fatebor. [nisi] rus adeo ⟨*ab ore*⟩ omnium diu ablegatus est p. 55 Kr. in longinquos agros, ne familiam contaminaret. quod ita factum nec ab illis negari potest. eo nec potuit hodie a nobis exhiberi. nam ut omnis ista accusatio temeraria et repentina fuit, nudius tertius nobis Aemilianus denuntiauit, ut seruos numero quindecim apud te exhiberemus. adsunt f. 114a. quattuordecim, ‖ qui in oppido erant. Thallus solus, ut (501) dixi, quod ferme ad centesimum lapidem longe ex*ul est*, *is* Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculo aduehat. interroga, Maxime, quattuordecim seruos quos exhibemus, Thallus puer ubi sit et quam salue agat, interroga seruos accusatorum meorum. non negabunt, turpissimum puerum corpore putri et morbido caducum, barbarum, rusticanum. bellum uero puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem puro pallio amiciat, a quo responsum speret. uellem hercle adesset: tibi eum, Aemiliane, permisissem, et tenerem, si tu interrogares. iam in media quaestione hic ibidem pro tribunali oculos trucis in te inuertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremo in sinu tuo corruisset.

XLV Quattuordecim seruos quos postulasti exhibeo. cur illis ad quaestionem nihil uteris? unum puerum atque eum caducum requiris, quem | olim abesse pariter mecum

1 negent *Salm.* negant Fφ  3 rus ab ore omnium *Zink* [nisi] *exclusi* rus adeo ⟨ab ore⟩ *scripsi* rusa de omnium diu Fφ nisi rus adeo omnium uisu *Kr.*  4 ⌊ne⌋ de φ  8 numero] ñ F nõ φ | ⌊h⌋ exiberemus φ  9 XIIII[3] Fφ  10 exul est, is *Hildebr.* exolẹjſ F exolejſ φ  12 ⌊o⌋ maxime φ | XIIII[3] Fφ  13 exhibemus F ⌊h⌋ exibemus φ  14 accuratorum Fφ  18 uellem] uelle F „*lies* belle“ *Rossbach* hercle F  19 ⌊o⌋ emiliane φ | et tenerem F ut tenerem *Kr.*  21 trucis Fφ  22 *mg. habet*: (succutio +  24 XIIII[3] Fφ

. Oudend. f. 114a. f. 12a.

scis. quae alia est euidentior calumnia? quattuordecim serui petitu tuo adsunt, eos dissimulas; unus puerulus abest, eum insimulas. postremo puta Thallum adesse. *quid uis*? uis probare, eum praesente me concidisse: ultro confiteor. carmine id factum dicis: hoc puer nescit, ego non factum reuinco, n*am* caducum esse puerum nec tu audebis negare. cur ergo carmini potius quam morbo attribuatur eius ruina? an euenire non potuit, ut forte
56 Kr. praesente me idem pateretur, quod saepe alias multis prae-
(502) sentibus? quod si magnum putarem caducum deicere, quid opus carmine fuit, cum incensus gagates lapis, ut apud physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret, cuius odores etiam in uenaliciis uulgo sanitatem aut morbum uenalium experiantur? etiam orbis a figulo circumactus non difficile eiusdem ualetudinis hominem ‖ uertigine sui corripit. ita spectaculum rotationis eius animum saucium debilitat, ac multo plus ad caducos consternendos figulus ualet quam magus. tu frustra postulasti, ut seruos exhiberem: ego non de nihilo postulo, ut nomines, quinam testes huic piaculari sacro adfuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. unum omnium nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas. is enim adfuisse se dicit: cuius pueritia etsi nihil ad religionem refragaretur, tamen accusatio fidem deroget.

10 Plin. nat. hist. XXXVI 19, 142: (gagates lapis) deprendit sonticum morbum et uirginitatem suffitus.

1 calumpnia φ | XIIII Fφ (*hic abest signum* 3) 3 postremo puta Th. adesse. quid uis? *scripsi* postremo, quid uis? puta Th. ad. *uulgo cum cdd.*, *mg.* F *habet:* thallu3 6 nam *Bosscha* num Fφ *cf.* 76. 10 nunc *Kr.* 10 magnum F ma⌞n⌟gum φ | deicere Fφ 12 phisicos Fφ 13 odores F odore *Kr.* | uenaliciis F uenalic⌞ij⌟ (⌞os⌟ ⌞s⌟) φ 15 ualetudinis F ualitudinis φ 16 corripit] coarguit *Wowerus* 17 caduco-ſe F 20 adfuerint F ad⌞f⌟uerint φ 21 puerulum thallum illum sicinium pudentem φ 23 adfuisse F affuisse φ | re⌞li⌟gionem F 24 se fragaretur *in*

f. 114a. f. 12a. Ed. Oud.

facilius fuit, Aemiliane, ac multo grauius, tete ut ipsum diceres interfuisse et ex eo sacro coepisse dementire potius, (503) quam totum negotium quasi ludicrum pueris donares. f. 12b. puer cecidit, puer uidit: num etiam puer | aliqui incantauit?

XLVI Hic satis ueteratorie Tannonius Pudens cum hoc quoque mendacium frigere ac prope iam omnium uultu et murmure explosum uideret, ut uel suspiciones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint aeque a me incantati, atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. quod quanquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ultro prouoco. cupio enim produci eos pueros, quos spe libertatis audio con- p. 57 K firmatos ad mentiendum. sed nihil amplius dico: ut producant. postulo igitur et flagito, Tannoni Pudens, ut expleas quod es pollicitus. cedo pueros istos, quibus confiditis: produc, nomina qui sint. mea aqua licet ad hoc utare. dic, inquam, Tannoni. quid taces, quid cunctaris, quid respectas? quod si hic nescit quid *di*dicerit aut nomina oblitus est, at tu, Aemiliane, cede huc, dic quid aduocato tuo mandaueris, exhibe pueros. quid expalluisti? quid taces? hocine accusare est? hocine tantum crimen deferre, an Claudium Maximum, tantum uirum, ludibrio habere, me calumnia insectari? quod si forte patronus f. 114b. tuus || uerbo prolapsus est et nullos pueros habes, quos producas, saltem quattuordecim seruis quos exhibui ad

F *non sunt deleta, sed* e *et* f *lineola iunctae sunt,* ra *ex alia nescio qua scriptura corr. est, in mg. adscr.* frāgaretur, suffragaretur φ | accusationi *Kr. non recte, lectio sana est cf. Koziol. Zur Krit. u. Erkl. des Ap.* p. 33

1 emiliane (o superscr.) F  2 cępisse F  4 aliqui F aliquid φ  6 Tamnonius φ  8 marmure (u superscr.) F | suspiciones F φ  10 ęqȝ F  11 quanquam F  16 es *om.* F  18 cōntaris φ  19 respectus F respectas φ | didicerit *scripsi* dicerit F dixerit *Kr.*  24 calumpnia φ  26 XIIII F | exibui F (*contra* 21 exhibe) exibui (h superscr.) φ

(504) aliquid utere. aut cur sisti postulabas tantam familiam? XLVII
magiae accusans de quindecim seruis denuntiasti: quid, si de ui accusares, quot tandem seruos postulares? sciunt ergo aliquid quindecim serui et occultum est. an occultum non est et magicum est? alterum horum fatearis necesse est, aut inlicitum non fuisse in quo tot conscios non timuerim, aut si inlicitum | fuit, scire tot conscios non debuisse. magia ista, quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum inlecebras interdicta. igitur est occulta non minus quam tetra et horribilis, plerumque noctibus uigilata et tenebris abstrusa et arbitris solitaria et carminibus murmurata, cui non modo seruorum,
58 Kr. uerum etiam liberorum pauci adhibentur. et tu quindecim seruos uis interfuisse? nuptiaene illae fuerunt an aliud celebratum officium an conuiuium tempestiuum? quindecim serui sacrum magicum participant quasi quindecimuiri sacris faciundis creati? cui tamen rei tot numero adhibuissem, si conscientiae † nimis multi sunt? quindecim liberi homines populus est, totidem serui familia, totidem uincti ergastulum. an adiutorio multitudo eorum
(505) necessaria fuit, qui diutine hostias lustralis tenerent? at

10 Plin. nat. hist. XXVIII 2, 17: quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis uerba sunt: 'qui fruges excantassit', et alibi: 'qui malum carmen incantassit?' — Senc. nat. quaest. IV 7: et apud nos in duodecim tabulis cauetur, 'ne quis alienos fructus excantasset.'

1 tantum F  2 XV F  3 quod Fφ  4 XV Fφ | occultu ⌊3⌋ ε̄ F  6 illicitum Fφ  7 inlicitum Fφ  9 delegata Fφ denegata *Kr. cum Fuluio*  10 inlecebras F illecebras φ  11 est *Krüger* et Fφ t—ε a—ra F (*iunxit m. r.*)  14 adibentur φ  15 nubtiene F  18 creati? *signum interogationis posui*  19 si conscientiae nimis multi sunt Fφ *uix sincerum; suspicor fuisse*: si conscii duo terue n. m. s. *uel huius modi quid*, si conscientia unius nimis multi sunt *Kr. cum Casaub.* si conscientiae unus multi sunt *Groslot*  22 ad F

f. 114b. f. 12b. Ed. Oudend.

nullas hostias nisi gallinas nominastis. an ut grana turis numerarent? an ut Thallum prosternerent?

XLVIII Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixistis eiusdem Thalli ualetudinis, quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoque a me incantatam corruisse. ut uideo, uos palaestritam, non magum accusatum uenistis: ita omnis qui me accessere dicitis cecidisse. negauit tamen quaerente te, Maxime, Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est, quicquam || ultra passam, nisi quaesisse me, ecquid illi aures obtinnirent et utra earum magis: ubi responderit, dexteram sibi aurem
f. 13a. nimis inquietam, | confestim discessisse. hic ego, Maxime, (506)
quanquam sedulo inpraesentiarum a laudibus tuis tempero, necubi tibi ob causam istam uidear blanditus, tamen sollertiam tuam in percontando nequeo quin laudem. dudum enim, cum haec agitarentur et illi incantatam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat abnueret, quaesisti tu nimis quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi. responderunt: 'ut mulier rueret'. 'quid deinde? mortua est?' inquis. negarunt. 'quid ergo dicitis? quod Apulei commodum, si ruisset?' ita enim pulchre ac perseueranter tertio quaesisti, ut qui scires omnium factorum p. 59 K
rationes diligentius examinandas, ac saepius causas quaeri, facta concedi eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quod cur quaeque facta sint expediant. ceterum negare factum facilis res est et nullo patrono indiget: recte factum uel perperam docere, id uero multo arduum

1 nominastis an ut φ nominasti sancit F | thuris φ 4 ualitudinis φ *cf.* 59. 15 5 incantatam a me φ 7 accessere φ 10 illis F[1] (s *lineola transfixa est, ita* ∤) | optinnirent F 11 earum] eorum Fφ | dexteram Fφ *cf.* 510 O. p. 61. 2 Kr. 13 inpraesentiarum Fφ 15 percontando Fφ 17 adfuerat F affuerat φ 18 emulumentum F emolumentum φ 19 intantandi F (*corr. m.* 1) | qδ de (m. 1 |n) φ 21 apulej F | comodũ φ 23 ut qui ⌊sci⌋res φ ut quis e⌋ res F

I. Oudend. f. 114b. f. 13a.

et difficile est. frustra igitur an factum sit anquiritur, quod nullam malam causam habuit ut fieret. ita facti reus apud bonum iudicem scrupulo quaestionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. nunc quoniam neque incantatam neque postratam mulierem probauerunt, et ego non nego petitu medici a me inspectam, dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quaesierim, non tam purgandi mei gratia in ea re, quam tu iam praeiudicasti neque culpae neque crimini confinem, quam ut ne quid dignum auribus tuis et doctrinae tuae congruens reticuerim.
(507) dicam igitur quam breuissime potuero: | etenim admonendus es mihi, non docendus.

Plato philosophus in illo praeclarissimo Timaeo cae- XLIX
lesti quadam facundia uniuersum mundum molitur. igitur postquam de nostri quoque animi trinis potestatibus sollertissime || disseruit et, cur quaeque membra nobis diuina f. 115a.
prouidentia fabricata sint, aptissime docuit, causam morborum omnium trifariam percenset. primam causam primordiis corporis adtribuit, si ipsae elementorum qualitates, uuida et frigida, et his duae aduorsae non congruant; id adeo euenit, cum quaepiam earum modo excessit aut loco demigrauit. sequens causa morborum inest in eorum uitio, quae iam concreta ex simplicibus elementis una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species et uisceris et ossi et medullae, porro illa quae ex hisce singularibus
60 Kr. mixta sunt. tertio in corpore concrementa uarii fellis et turbidi spiritus et pinguis humoris nouissima aegritudinum

13 Tim. p. 82—86.

1 anquiritur F ⌊p ī⌋ anquiritur φ  11 potuero F potero φ  13 cęlesti F | molitur. igitur postquam *Rossbach* molitus. igitur postquam Fφ molitus postquam *Kr.*  16 disseruit φ disserui⌊it⌋t F  17 *mg.* F *habet*: morbū comitialē  19 adtribuit F attribuit φ  20 uuida F humida φ (m *in ras.*) | hiis Fφ | aduorse F adūse φ  21 modo F m̊. φ modum *Kr.* 25 ossi Fφ ossis *ed. Vicentina*  26 concrementa F concremata φ

L incitamenta sunt. quorum e numero praecipua sit materia morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in (508) humorem crassum et spumidum inimico igni conliquescit, et spiritu indidem parto ex candore compressi aeris albida et tumida tabes fluit. ea namque tabes si foras corporis f. 13b. prospirauit, maiore dedecore quam noxa diffunditur. pectoris enim primorem cutim uitiligine in|signit et omnimodis maculationibus conuariat: sed cui hoc usu uenerit, nunquam postea comitiali morbo adtemptatur. ita aegritudinem animi grauissimam leui turpitudine corporis compensat. enimuero si perniciosa illa *alb*edo intus cohibita (509) et bili atrae sociata uenis omnibus furens peruasit, dein ad summum caput uiam molita dirum fluxum cerebro immiscuit, ilico regalem partem animi debilitat, quae ratione pollens uerticem hominis uelut arcem et regiam insedit. eius quippe diuinas uias et sapientis meatus obruit et obturbat: quod facit minore pernicie per soporem, cum potu et cibo plenos comitialis morbi praenuntia strangulatione modice angit. sed si usque adeo aucta est, ut etiam uigilantium capiti offundatur, 'tum uero repentino mentis nubilo obtorpescunt ‖ et moribundo corpore cessante animo cadunt. eum nostri non modo maiorem et comitialem, uerum etiam diuinum morbum, ita ut Graeci *ἱερὰν νόσον*, uere nuncuparunt: uidelicet quod animi partem rationalem, quae longe sanctissima est, eam uiolet.

LI Agnoscis, Maxime, rationem Platonis quantum potui pro tempore perspicue explicatam, cui ego fidem arbitratus

21 cf. Met. VIII 8, p. 169. 13.

3 c̄liquescit Fφ 4 spiritu F spiritum φ | parto Fφ 11 albedo *Coluius* (*τὸ λευκὸν φλέγμα Plato*) dulcedo Fφ muccedo *Vulcanius* 14 ilico F¹φ 15 uelud F | et regiam φ egregiam F (*sed. m. antiqua* gr *ex* tr *corr.*) 16 sapientis Fφ | obstruit et obturat *Fuluius* 18 stranguilatione F 24 *in* F ἱερ^γ νόσον *in mg. repetitur* 25 lon^ge (*m. antiq*) φ | est] *in* F *erasum est*, in φ: ˪ē˩ (*in ras.*)

(510) causam diuini morbi esse, cum illa pestis in caput
61 Kr. redundauit, haudquaquam uideor de nihilo percontatus, an esset mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulsata, aures sonorae. ceterum, | quod dexterae auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. nam dextera corporis ualidiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum et ipsa aegritudini succumbunt. Aristoteles adeo in problematis scriptum reliquit, quibuscumque caducis a dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. longum est, si uelim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo recensere;
(511) est enim etiam eius egregius liber de caducis. quibus tamen in alio libro, quem de inuidentibus animalibus conscribsit, remedio esse ait exuuias stelionum, quas uelut senium more ceterorum serpentium temporibus statutis exuant. sed nisi confestim eripias, malignone praesagio an naturali adpetentia ilico conuertuntur et deuorant. haec idcirco commemoraui, nobilium philosophorum disputata simul et libros sedulo nominaui nec ullum ex medicis aut poetis uolui attingere, ut isti desinant mirari, si philo-

9 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 237.
12 Laert. Diog. V 42—43 (*περὶ ἐπιλήψεως α΄, περὶ τῶν ζῴων ὅσα λέγεται φθονεῖν α΄*).
14 Plin. nat. hist. XXX 10, 87—89.

1 cap⌞u⌟ (t above) 2 red$\overset{n}{\text{u}}$dauit F redundauit φ 3 Caput. ꞓraue F cap⌞u⌟ (t above) ⌞g⌟raue φ cf. uers. primum, 60. 26 Kr. 4 sonora et ceterum F sonor⌞e⌟. (*punctum add. m. r.*) et ceterum φ | dexterae F dexẽe φ 7 relinqunt (u above) φ | aegritudini succumbunt *uulgo* aegritudinis accumbunt F ipsa $\overset{a}{\text{g}}$ | Egritudinis accūbunt φ 9 reliquid F | quibus eque Fφ 13 inuidentibus Fφ 14 conscribsit F | exubias F exu⌞u⌟ias φ | stelionum F stel$\overset{l}{i}$onum φ 16 p̄sagio Fφ (*in* F o *ex* a *corr. est*) adpetentia F appetentia φ | ilico F 18 cōmemoraui φ 18/19 *in mg.* F *adscr. est* d

f. 115a. f. 13b. Ed. Oudend.

sophi suapte doctrina causas morborum et remedia nouerunt. igitur cum ad inspiciendum mulier aegra curationis gratia ad me perducta sit . . . . . . ., atque hoc et me- (512) dici confessione qui adduxit *et* mea ratiocinatione recte factum esse conueniat: aut constituant, magi et malefici hominis esse morbis mederi, aut si hoc dicere non audent, f. 115b. fateantur, se in puero ‖ et muliere caducis uanas et prorsus caducas calumnias intendisse.

LII Immo enim si uerum uelis Aemiliane, tu potius ca- p. 62 ducus qui iam tot calumniis cecidisti. neque enim grauius est corpore quam corde collabi, pede potius quam f. 14a. mente cor|ruere, in cubiculo despui quam in isto splendidissimo coetu detestari. at tu fortasse te putas sanum, quod non domi contineris, sed insaniam tuam, quoquo te duxerit, sequeris. atqui contendere *si* uis furorem tuum cum Thalli furore, inuenies non permultum interesse, nisi quod Thallus sibi, tu etiam aliis furis. ceterum Thallus oculos torquet, tu ueritatem, Thallus manus contrahit, tu patronos, Thallus pauimentis inliditur, tu tribunalibus. postremo ille quidquid agit, in aegritudine facit, ignorans peccat: at tu, miser, prudens et sciens delinquis. tanta uis morbi te instigat: falsum pro uero insimulas, infectum pro facto criminaris, quem innocentem liquido scis, f. 14a. tamen accusas ut nocentem. quin etiam — quod ⟨*paene*⟩

LIII praeterii — sunt quae fatearis nescire, et eadem rursus, quasi scias, criminaris.

LXXIII Haec omnia adnixus impenso studio persuadet, matrem suam suumque fratrem, puerum istum, mihi commendat. non nihil a me in communibus studiis adiuuantur: augetur oppido familiaritas. interibi reualesco: dissero aliquid postulantibus amicis publice: omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam, qui locus auditorii erat, complentes inter alia pleraque congruentissima uoce 'insigniter' adclamant petentes, ut remanerem, fierem ciuis Oeensium. mox auditorio misso Pontianus eo principio me adortus consensum publicae uocis pro diuino auspicio interpretatur aperitque, consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam cui plurimi inhient mecum coniungere (mihi quoniam soli ait rerum omnium confidere sese et credere), ni id onus res*pu*am, quoniam non formosa pupilla sed (548) mediocri facie mater liberorum mihi offeratur, — si haec reputans formae et diuitiarum gratia me ad aliam condi-

2 cupidu³ ≡ F | conuersum Fφ auersum *Casaub.* 5 illa³ Fφ (*non* illa) 6 ⟨me⟩ meis Appiis aufert *scripsi* meis appiis aufert Fφ meis ⟨ab⟩ Appiis aufert *Kr. cum Hildebr.* 8 prospectum (*sic*) Fφ prospectu *Kr.* 10 *in δ desunt* 90. 10—91. 10; impenso F inpenso φ 12 adiuuatur F (n *m. 1*) adiuuantur φ 14 publice F (ιpι) puplice φ 17 fierem Fφ fieremque *Kr.* 19 publice F (ιpι) puplice φ 20 consilio F¹ (*corr. m. prima in* consilium) 21 quoniam *seclusit Kr.* 23 nud (ιutι) on; F credere. ut on; φ respuam *scripsi* recipiam Fφ 24 si Fφ sin *cum Casaub. Kr.*

cionem reseruarem, neque pro amico neque pro philosopho facturum. nimis multa oratio est, si uelim memorare, quae ego contra responderim, quam diu et quotiens inter
(549) nos uerbigeratum sit, quot et qualibus precibus me adgressus haud prius omiserit quam denique impetrarit, non
p. 84 Kr. quin ego Pudentillam iam anno perpeti adsiduo conuictu probe | spectassem et uirtutum eius dotes explorassem, sed utpote peregrinationis cupiens impedimentum matrimoni aliquantisper recusaueram. mox tamen talem feminam nihilo segnius uolui, quam si ultro appetissem. persuaserat idem Pontianus matri suae, ut me aliis omnibus mallet, et quam primum hoc perficere incredibili studio auebat. uix ab eo tantulam moram impetramus, dum prius ipse uxorem duceret, frater eius uirilis togae usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur.

Vtinam hercule possem quae deinde dicenda sunt || LXXIV
sine maximo causae dispendio transgredi, ne Pontiano, cui f. 120a.
errorem suum deprecanti simpliciter ignoui, uidear nunc leuitatem exprobrare. confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam uxorem duxerit, a co*m*pecti fide desciuisse ac derepente animi mutatum, quod antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum isse, denique
(550) ne matrimonium nostrum coalesceret, quiduis pati, quiduis

23 cf. Met. IX 18, p. 201. 20; Hor. Carm. III 24. 43; I 11. 3.

3 quotiens F cotiens φ  4 adgressus F aggressus φ  5 quam denique] quam deque (deoque) F quandoque φ *in mg.* q̃ denique  6 adsiduo F assiduo φ  7 ꝓbeſ pectaſſε F (*fuit* pectasse *corr. m. r.*) ꝓbeſ|ſpect(s)ſem φ | uirtutium F  8 matrimoni (i) ali quantisꝑ F (*add. m. r.*) matrimoniali q(a)antiſꝑ φ  13 auebat (.i. cupidus) (cupidus *add. m. recentissima*)  15 deinde] *fortasse fuit* denique *quod δ us. 16 habet pro* deinde  16 hercule F  18 herrorem F φ  19 exprobare F  20 a compecti *Hildebr.* ac̈onspecti fide F (*in mg.* ·· d.) | ac de re pente F  22 denique] idemque δ  21 ne matrimonium nostrum coalesceret F φ

f. 120a. f. 18b. Ed. Oudend.

facere paratum fuisse, quamquam omnis illa *tam* foeda animi mutatio et suscepta contra matrem simultas non ipsi uitio uortenda sit, sed socero eius eccilli Herennio Rufino, qui unum neminem in terris uiliorem se aut improbiorem aut inquinatiorem reliquit. paucis hominem, quam modestissime potero, necessario demonstrabo, *ne*, si omnino de eo reticuero, operam perdiderit, quod negotium istud mihi ex summis uiribus conflauit.

Hic est enim pueruli huius instigator, hic accusationis auctor, hic aduocatorum conductor, hic testium coemptor, hic totius calumniae fornacula, hic Aemiliani huius fax et flagellum, id*em*que apud omnis intemperantissime gloriatur, me suo machinatu reum postulatum. et sane habet in p. 85 Kr
f 19a. istis, | quod sibi plaudat. est enim omnium litium depector, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium, nec non idem libidinum ganearumque locus, lustrum, lupanar, iam (551)
inde ab ineunte aeuo cunctis probris palam notus, olim in pueritia, priusquam isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus, mox in iuuentute saltandis fabulis exossis plane et eneruis, sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. negatur enim quicquam
LXXV histrionis habuisse praeter impudicitiam. in hac etiam aetate qua nunc est — qui istum *di* perduint! multus

1 tam *scripsi* tum Fφ tñ δ 3 uortenda F ūtenda φ (or) 5 reliq̄d F (*supra hoc uocabulum legitur signum* K, *quod redit post* conflauit (*us.* 8); *idem signum conspicuum est in* F Metam. I 1, p. 1. 7 *supra* accipe 6 ne si *Casaub.* nisi Fφ 11 idque Fφδ idemque *Kr.* | intempo(e)rantissime F 13 me suo¦ma-chinatu F 14 histis F 15 commentator Fφδ commentor *Kr. cum Oudend.* 17 locus Fφδ lutum *Kr.* 21 exonis (c exossis) F exonis (e) (m. r.) φ 24 aetate qua F aetate in qua φ | di perduint *Casaub.* deperduint Fδ deperdunt φ | multus Fφ multis δ

(552) honos auribus praefandus est —: domus eius tota lenonia, tota familia contaminata: ipse propudiosus, uxor lupa, fili similes: prorsus diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis || ianua calcibus propulsata, fenestrae canticis circumstrepitae, triclinium comisatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium; neque enim ulli ad introeundum metus est, nisi qui pretium marito non attulit. ita ei lecti sui contu-
(553) melia uectigalis est. olim sollers suo, nunc coniugis corpore uulgo meret. cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso, inquam, de uxoris noctibus paciscuntur. hinc iam [inquam] illa inter uirum et uxorem nota conlusio: qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu discedunt: qui inaniores uenere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, et quasi ad discendum uenerint, non prius abeunt quam aliquid scripserint. quid enim
86 Kr. faciat homo miser ampliuscula fortuna deuolutus, quam
(554) tamen fraude patris ex inopinato inuenerat? pater eius plurimis creditoribus defaeneratus maluit pecuniam quam pudorem. nam cum undique uersum tabulis flagitaretur et quasi insanus ab omnibus obuiis teneretur: pax, inquit: negat posse dissoluere, anulos aureos et omnia insignia |
(555) dignitatis abicit, cum creditoribus depaciscitur. pleraque tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus et ignominia sua tutus reliquit Rufino huic, non mentior, sestertium $\overline{\text{XXX}}$ deuorandum.

1 praefundus Fφ 3 fili F 4 propulsata δ 5 comisatoribus F *cf.* p. 15. 5, 405 O., p. 15. 11 Kr., Metam II 24 p. 40.|24 comesatoribus φ *cf. locos modo laudatos* 8 sollers (*sic*) Fφ 10 $\overset{2}{\text{paciscunt}}$ · ⌊lc̆⌋ Ja[3] $\overset{\text{inquam}}{\text{illa}}$ F (ic *minoribus litteris add. m.* 2 *puncta m.* 3; inquam *add. m.* 2, hic *in mg. scr. m.* 3 *uel* 4 | c· iā ī | q (a) illa int̄ q (a) uirū φ (*in mg.* c (e) hinc) [inquam] *seclusit Kr.* 11 nota] n̄ta[3] F nōtā φ 14 et ⌊qui⌋ quasi F et q quasi φ 15 quid — p. 94. 9 gulam *desunt in* δ 18 defenneratus F 20 flax F (*non* pax) pax *Lips.* | inquid F 24 et Fφ (*non* at) | tutus Fφ (*non* tectus) | reliquid Fφ[1] 25 sestertium F sextertium φ | $\overline{\text{XXX}}$ Fφ

f. 120a. f. 19a. Ed. Oudend

tantum enim ad eum ex bonis matris liberum uenit, praeter
quod ei uxor sua quotidianis dotibus quaesiuit. quae
tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose
in uentrem condidit et omnimodis conlurcinationibus dilapi-
dauit, ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude pa-
terna diceretur: homo iustus *scilic*et morum dedit operam,
quod male partum erat ut male periret, nec quicquam ei (556)
relictum est ex largiore fortuna praeter ambitionem mi- (557)
seram et profundam gulam.

LXXVI Ceterum uxor iam propemodum uetula et effeta tot *i*am
domu*s* contumeliis abnuit. filia autem per adulescentulos
f. 120b. ditiores inuitamento matris suae nequicquam circum||lata,
quibusdam etiam procis ad experiundum permissa, nisi in
facilitatem Pontiani incidisset, fortasse an adhuc uidua
ante quam nubta domi sedisset. Pontianus ei multum (558)
quidem dehortantibus nobis nuptiarum titulum falsum et
imaginarium donauit, non nescius eam paulo ante quam
duceret, a quodam honestissimo iuuene cui prius pacta
fuerat post satietatem derelictam. uenit igitur ad eum p. 87 Kr.
noua nupta secura et intrepida, pudore dispoliato, flore
exoleto, flammeo obsoleto, uirgo rursum post recens re-
pudium nomen potius adferens puellae quam integritatem.
uectabatur octaphoro. uidistis profecto qui adfuistis, quam
improba iuuenum circumspectatrix, quam immodica sui

14 cf. Met. IV 32 p. 92. 23.

1 ex Fφ (*non* de) 2 cotidianis φ 4 conlurchinationibus Fφ 6 iustus et morum Fφ *fortasse fuit* i. et morum ⟨proborum⟩ *uel* morum ⟨uindex⟩ scilicet morum *Kr. cum Acidalio* et m. ⟨integer⟩ *Colvius* et m. ⟨ueterum⟩ *Scriver*. 10 effecta F (c *del. m. r.*) effeta φ | tot iam domus contumeliis *scripsi* totam domum contumeliis Fφδ nunc demum contumeliis *Kr. cum Casaub.* tota demum *Hildebr.* 11 abnuit Fφ *cf.* Met. IV 13, 77. 23 *et* VI 6, 122. 12 14 facilitate φ 15 nubta F 16 d˪h˩eortantibus φ | nuptiarum Fφ 19 derelictu ˪a˩3 F derelicta 2 φ (a *ex* u *corr.*) 20 despoliato F (a *supra lineam add. m.* 1) dispoliato φ *et mg.* F dispoliato pudore φ 22 adferens F afferens φ

ostentatrix. quis non disciplinam matris agnouit, cum in puella uideret immedicatum os et purpurissatas genas et
(559) inlices oculos? dos erat a creditore omnis ad teruncium pridie sumpta et quidem | grandior, quam domus exhausta f. 19b.
et plena liberis postulabat.

Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, LXXVII
pari auaritia et egestate totum Pudentillae quadragiens praesumptione cassa deuorarat, eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentillae solitudinem circumueniret, infit generum suum obiurgare, quod matrem suam mihi desponderat: suadet, quam primum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat, rem matris ipse potius habeat, quam homini extrario sciens transmittat: ni ita faciat, inicit scrupulum amanti adulescentulo ueterator, minatur se filiam abducturum. quid multis? iuuenem simplicem, praeterea nouae nuptae inlecebris obfrenatum suo arbitratu de uia deflectit. it ille ad matrem uerborum Rufini gerulus, sed nequicquam temptata eius grauitate, ultro ipse leuitatis et inconstantiae increpitus repor||tat ad socerum haud mollia: matri suae praeter ingenium placidissimum immobili iram quoque sua expostulatione accessisse, non mediocre pertinaciae adiumentum: respondisse eam denique, non clam se esse, Rufini ex-
p. 88 Kr. *hort*atione secum expostulari; eo uel magis sibi auxi-

20 Verg. Ge. III 41; Aen. XI 728; XII 25.

2 imedicatum F medicatum φ in meditatum δ 7 quadrigiens F qdr⌊a⌋gies φ quadrigiens δ 8 deuorauerat] de⌊n⌋otauerat F deuorarat φ | mea moliendum Fφδ (*in* φ *m. r. iunxit* a *et* m) 10 circu ueni ///// re & F *in mg.* r& 12 se ferat Fφ | rem Fφ (*non* res) bona δ 14 adolescentulo φ 15 abducturam Fφ 16 illecebris φ 18 ne quicquam F nequicquam φ 21 immobili *Jahn* immobile Fφ placidissimum ingen immobile φ 22 aiumentum F adiumentum φ 23 exhortatione δ exoratione Fφ *cf.* p. 94. 16, 558 O. p. 86. 22 Kr. 24 sibi *om.* Fδ

f. 120b. f. 19b. Ed. Oud.

lium mariti aduersum eius desperatam auaritiam comparandum.

LXXVIII Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suae ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in feminam sanctissimam et pudicissimam praesente filio eius digna cubiculo suo diceret, amatricem eam, me magum et ueneficum cla- (560) mitaret multis audientibus, quos, si uoles, nominabo: se mihi sua manu mortem allaturum. uix hercule possum irae moderari: ingens indignatio animo oboritur. tene, effeminatissime, tua manu cuiquam uiro mortem minitari! at qua tandem manu? Philomelae an Medeae an Clytemestrae? quas tamen *cum* saltas — tanta mollitia animi, | tanta formido ferri est —, sine cludine saltas. sed ne longius ab ordine digrediar: Pudentilla postquam filium uidet praeter opinionem [contra] suam esse [sententiam] deprauatum, rus profecta scripsit ad eum obiurgandi gratia illas famosissimas litteras, quibus, ut isti aiebant, confessa est, sese mea magia in amorem inductam dementire: quas tamen litteras tabulario Pontiani, prae- (561) sente et contra scribente Aemiliano, nudius tertius tuo iussu, Maxime, testato describsimus, in quibus omnia con-

LXXIX tra praedicationem istorum pro me reperiuntur. quamquam, etsi destrictius magum me dixisset, posset uideri excusabunda se filio uim meam quam uoluntatem suam

3—13 *om.* δ 4 ext⌊v⌋imuit φ 5 et pudicissimam *om.* φ dignā φ 8 illaturum *Casaub.* | hercule F ⌊h⌋erhule φ 9 tene *Hild.* tune Fφ | minitari Fφ tune — minitaris ? *Kr.* 11 An me-de-ae an cli-te m̄strae F an me deae anclite m⌊e⌋ſtrae φ 12 cum saltas *Lips.* consultas Fφ | mo⌊l⌋litia F (c. *m. recentissima*) 13 cludine Fφ 15 uidet Fφ uidit *Kr.* | [contra] *seclusit Kr. qui etiam deleuit* suam | [sententiam] *seclus. Kr.* 17 ⌊formosissimas⌋ famosissimas Fδ formosissimas φ 19 litteras Fφ | tabulario Pontiani Fφ *cf.* 108.4, 577 O. p. 99. 1 Kr. *et* 102.14, 569 O. p. 93. 21 Kr. e tabulario *Kr. cum Casaub.* 21 describsimus F 23 destrictius F me districtius magum φ 24 excusabunda se

Oudend. f. 120b. f. 19b.

causari maluisse. an sola Phaedra falsum epistolium de amore commenta est, at non omnibus mulieribus haec ars usitata est, ut, cum aliquid eius modi uelle coeperunt, malint coactae uideri? quod si etiam ⟨*ex*⟩ animo illa 9 Kr. putauit me magum esse, idcircone magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla? uos tot argumentis, ‖ tot testibus, tanta f. 121a. oratione magum me non probatis: illa uno verbo probaret? et quanto tandem grauius habendum est, quod in iudicio subscribitur, quam quod in epistola scribitur? quin tu me meismet factis, non alienis uerbis reuincis? ceterum eadem uia multi rei cuiusuis maleficii postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisque in epistola sua uel amore uel odio cuiuspiam scripserit. 'magum te scripsit Pudentilla: (562) igitur magus es.' quid, si consulem me scripsisset: consul essem? quid enim, si pictorem, si medicum, quid denique, si innocentem? num aliquid horum putares idcirco, quod illa dixisset? nihil scilicet. atqui periniurium est ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes, posse litteras eius ad perniciem, non posse ad salutem. 'sed' inquit '⟨*impos*⟩ animi fuit, efflictim te amabat.' concedo interim. num tamen omnes qui aman-

filio, — (p. 97. 1) maluisse *Bosscha* excusabundus cfilio F (c *fere erasa est*) excusabund⌊da⌋' sfilio φ

1 maluisset (set *in* se *corr. m. r.*) φ 4 coa⌊c⌋te F | ⟨ex⟩ animo *scripsi* anîmo Fφ oīno δ | illa *scripsi* ita *cdd.* 5 me magum esse *seclus. Kr.* 7 oratione Fφ operatione *Kr.* 8 tandem Fφ tamen· *Kr. cum Jahn* 9 *et* 12 epistola F epta φ | quin tu me meismet] quin tum e meismet F qntu|⌊me⌋ meismet φ 12 „*malim* suo" *Kr.* 16 ⟨uerum⟩ putares *Jahn* 18 in peioribus n̄ habe⌊a⌋ṛ ∧ posse φ (*in calce*: ∧̈ cui in melioribus nō haberes (*scripsit m. saec. XIV*) in peioribus n̄ haberes · posse F uerba habere — melioribus *in* δ *quoque desunt* 20 sed, inquit, ⟨impos⟩ animi *scripsi cf.* 98.15 sed inquid animi fuit Fφ (inquit φ *ex corr.*) *in* φ *m. saec. XIV in mg. scripsit* inquieti, inquies animi *Kr. cum Hild.* | efflict⌊im⌋um φ (*corr. m. saec. XIV*)

f. 121a. f. 19b. Ed. Oud.

tur magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit? credo nunc, quod Pudentilla me in eo tempore non amabat, f. 20a. siquidem id foras scripsit, | quod palam erat mihi obfuturum.

LXXX Postremo, quid uis? sanam an insanam fuisse, dum scriberet? sanam dices? nihil ergo erat magicis artibus passa. insanam respondebis? nesciit ergo quid scribserit, eoque ei fides non habenda est: immo etiamsi fuisset insana, insanam se esse nescisset. nam ut absurde facit qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese non tacet et ipsa professione quod profitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat: 'ego insanio.' quod uerum non est, nisi sciens dicit: porro sanus est, qui scit quid sit insania. quippe insania scire se non potest, non magis quam caecitas se uidere. igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. possum, si uelim, plu- p. 90 E. ribus, sed mitto dialectica. ipsas litteras longe aliud clamantis et quasi dedita opera ad iudicium istud praeparatas et accommodatas recitabo. accipe tu et lege, usque (563) dum ego interloquar.

Sustine paulisper quae secuntur: nam ad deuerticulum rei uentum est. adhuc enim, Maxime, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier ‖ magiam nominauit, sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulo prius de longa uiduitate, de remedio ualetudinis, de uoluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet.

LXXXI Haec usque adhuc lecta sunt. superest ea pars epistulae, quae similiter pro me scripta in memet ipsum

1 credo *Salmas.* cedo F φ 3 foras F φ 7 n$^{e}$isciit F | scribserit F 9 se esse F esse se φ 13 sciens F φ δ insciens *Kr.* 16 n̄ F | litteras F | clamant$^{e}$is F 21 secuntur E | deuerticulum F¹ diuerticulum F² φ *cf.* 96. 23 24 ordinem nominauit repetiuit φ 25 ualitudinis φ 28 epistulae F

. Oudend. f. 121a. f. 20a.

uertit cornua, ⟨*nam*⟩ ad expellendum a me crimen magiae sedulo *m*issa memorabili *fr*aude Rufini uice*m* mutauit, et ultro contrariam mihi opinionem quorundam Oeensium quasi
(564) mago quaesiuit. multa fando, Maxime, audisti, etiam plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim uersutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam negabis te unquam cognouisse. quis Palamedes, quis Sisyphus, quis denique Eurybates aut Phrynondas talem excogitasset? omnes isti quos nominaui et
91 Kr. si qui praeterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac una
(565) Rufini | fallacia contendantur, mac*c*i prorsus et b*u*ccones uidebuntur. o mirum commentum! o subtilitas digna carcere et robore! quis credat effici potuisse, ut quae defensio fuerat, eadem manentibus eisdem litteris in accusationem transuerteretur? est hercule incredibile. sed hoc incredibile qui sit factum, probabo.

Obiurgatio erat matris ad filium, quod me, talem LXXXII
uirum qualem sibi ⟨*ipse*⟩ praedicasset, nunc de Rufini sententia magum dictitaret. uerba ipsa ad hunc modum se habebant: *Ἀπολέϊος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμά-*
(566) *γευμαι καὶ ἐρῶ. ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμέ, ἕως ἔτι σωφρονῶ.* haec ipsa uerba Rufinus [quae Graece interposui] sola ex-

9 Aeschin. in Ctesiph. § 137: *οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο.* — Plat. Protag. p. 327 d.

1 uertit. cornua ad expellendum a me F | ⟨nam⟩ *inseruit Kronenb.* 2 missa *Casaub.* omissa F | fraude *Salm.* laude Fφ | uice Fφ 7 cognouisse F agnouisse φ 8 qſ|iſyphas F q sisyphas φ | Euribates Fφ | Phrinondas F frinondas φ 11 macchi F machi φ | bocchones Fφ (⁺ machi bochones *mg.* F macci — buccones *Lips.* 12 uidebantur F | mirum Fφ (*non* merum) 13 litteris Fφ 17 ⟨ipse⟩ *inserui cf.* 100. 24 18 dictaret (ti *(m. 1)*) 19—20 ἀπωλειος μαFος. ΚΑΙΕ|ΓΩΥΠΑΥΤΟΥ μεμαΓΕΥμΑΙ ΚΑΙ ΕΠΩΕΛΘΕΤΩ|ΝΥΝΠρoσ εμε ΕΩC ΕΤΙCΩφοΝΩ F *Graeca om.* δ 21 [quae Graece interposui] *seclusit Acidalius*

f. 121a. f. 20a. Ed. Oudend.

cerpta et ab ordine suo seiugata quasi confessionem mulieris circumferens et Pontianum flentem per forum ductans, uulgo ostendebat, ipsas mulieris litteras illatenus qua dixi legendas praebebat, cetera supra et infra scribta f. 121b. occultabat. turpiora esse quam ut ostende‖rentur dictitabat: satis esse confessionem mulieris de magia cognosci. quid quaeris? uerisimile omnibus uisum: quae purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem inuidiam apud imperitos conciuere. turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus, epistulam saepe aperiens proquiritabat: 'Apuleius magus: dicit ipsa quae sentit et patitur: quid uultis amplius?' nemo erat qui pro me ferret ac sic responderet: 'totam sodes epistulam cedo: sine omnia inspiciam, ⟨*a*⟩ principio ad finem perlegam.' multa sunt, (567) quae sola prolata calumniae possint uideri obnoxia. cuiauis oratio insimulari potest, si ea quae ex prioribus nexa sunt principio sui defrudentur, si quaedam ex ordine p. 93 Kr scriptorum ad lubidinem supprimantur, si quae simulationis causa dicta sunt adseuerantis pronuntiatione *tam*quam exprobrantis legantur. haec et id genus ea quam merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistulae ostendat.

LXXXIII At tu, Aemiliane, recognosce, an et haec mecum f. 20b. testato | descripseris: *βουλομένην γάρ με δι' ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς ἔπεισας τοῦτον ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκεῖον ὑμῖν δι' ἐμοῦ ποιεῖσθαι. νῦν δὲ ὡς μακαροι* ἡμῶν κακοήθεις τε ἀναπείθουσιν, αἰφνίδιον ἐγένετο Ἀπολέϊος μά-* (568) *γος, καὶ ἐγὼ μεμάγευμαι ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐρῶ. ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμέ, ἕως ἔτι σωφρονῶ.*

3 litteras Fφ 4 scribta F 5 occultabat 9 c̄ciuefre | $^{2}$tbabat F 10 bacchabundus F bachabundus φ | epta$^{3}$ Fφ *idem us.* 13 12 ferret Fφ faceret *cum Colvio Kr.* 14 ⟨a⟩ *add. Kr.* 15 calumpnie φ calumnia F | uideri. obnoxia F 17 defrudentur F$^{1}$φ 18 libidinem φ 19 tamquam *uel* quasi *Acidalius* quam Fφ quasi *Kr.* 20 alia *Fulvius* 21 potuerunt Fδ potuerant (*ut uid.*) φ | epte F 22 et haec F et *om.* φ 23—29 *Graeca om.* δ ΒογλοΜΕ|ΝΟΝ ΓàΡΜЄdiá

Oro te, Maxime, si litterae, ita ut partim uocales dicuntur, etiam propriam uocem usurparent, si uerba, ita ut poetae aiunt, pinnis apta uulgo uolarent: nonne, cum primum epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret, nonne tunc ceterae litterae sceleste se detineri proclamassent? uerba suppressa de Rufini manibus foras euolassent, || totum forum tumultu complessent: se quoque a Pudentilla missas, sibi etiam quae dicerent mandata: improbo ac
p. 93 Kr. nefario homini per alienas litteras falsum facere temptanti nec auscultarent, sibi potius audirent: Apuleium magiae non accusatum a Pudentilla, sed accusante Rufino absolutum. quae omnia etsi tum dicta non sunt, tamen nunc, cum magis prosunt, luce illustrius apparent. patent artes tuae, Rufine, fraudes hiant, detectum mendacium est: ueritas *olim interuersa nunc se effert et uelut alto barathro calumnia se mergit.

CEITTON ꓺITIꓺC ΓꓺΜΙΘhΝα|ΙꓺΥΤΟC ЄΠЄΙCꓺC ΤΟΥΤΟΝ ꓺΝΤΙ ΠꓺΝΤΟΝ ꓺΙ | ΡΕΙCΘꓺΙ ΘꓺΥΜꓺ3ΩΝ ΤΟΝꓺΝdρꓺ καιcπoy | dꓺ ΖΩΝꓺΥΤΟΝ ΟΙΚΙΟΝ hΜΕΙΝ dΙЄΜΟΥ N̄O | ЄΙCꓺΙΝΥΝdωc Μꓺ-ΚꓺΡΟΙ hΜω̄ Κꓺl Κoh | ΘЄΙC ΤЄ ꓺΝꓺ ΠЄΙΘΟΥCΙ ꓺΙΦΝΙdΙΟΝ ЄΓЄΝЄΤΟ ΔΠΟλЄΙΟCΜꓺΓΟCΚꓺΙЄΓΩΜЄμꓺ Γεγμαι | ΥΠꓺΥΤΟΥ. ΚꓺΙЄΡΩЄλΘЄΠΟΝΥΝΙτροЄΝΙЄΩ | ЄЄΓΙCΩΦΡΟΝΩ F. *In margine manu recenti βουλομένην Γάρμε|δι᾽ ἃς εἶπον αἰτίας Γα|μηθῆναι. αὐτὸς ἔπει|σας τοῦτον ἀντὶ πάν|των αἱρεῖσθαι, Θαυμά|ζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπουδάζων ἡμῖν αὐτὸν οἰκεῖον δι᾽ ἐμοῦ ποιεῖσαι.* | *νῦν δὲ ὡς μακάριοι (superscr. est μοχθηροι) ἡμῶν κακοΗΘῆς τε | ἀναπείθουσιν, αἰφνί|διον ἐγένετο ἀπολέιος μάγος, καὶ ἐγώ|μεμάγευμαι ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἔρως, ἐλθετω | νῦν πρὸς ἐμὲ ἕως ἔτι σωφρονῶ.* p. 100. 26 *ὑμῖν Salm.* | *ποιεῖσθαι Spengel διάφοροι Kr. fortasse fuit φθονεροί; κακοήθεις σε Kr. cum Bosscha* 28 *ὑπ αὐτοῦ μεμάγευμαι sine iusta causa Kr.*

1 litterae F*φ* 3 pe⸌i⸍nnis *φ* | uo⸌a⸍lerent F 4 epistolam F epta[3] *φ* 6 litterae F 11 nec F*φ* 14 apparent F apparerent *φ* 16 nun⸌c⸍ F | se effert *uulgo* se fert F*φδ* | et uelut alto barathro calumnia se mergit *scripsi* calumnias emergit F calumpnias emergit *φ* calumniae se emergit *cum Lips. Kr.*

f. 121b. f. 20b. Ed. Oudend.

LXXXIV Ad litteras Pudentillae prouocastis: litteris uinco, quarum si uultis extremam quoque clausulam audire, non inuidebo. dic tu, quibus uerbis epistulam finierit mulier obcantata, uecors, amens, amans.

*Ἐγὼ οὔτε μεμάγευμαι οὔτ' ἐρῶ τὴν εἱμαρμένην ἐκφ.*

Etiamne amplius? reclamat uobis Pudentilla et sani- (569) tatem suam a uestris calumniis quodam praeconio uindicat. nubendi autem seu rationem seu necessitatem fato | adscribit, a quo multum magia remota est uel potius omnino sublata. quae enim relinquitur uis cantaminibus et ueneficiis, si fatum rei cuiusque ueluti uiolentissimus torrens neque retineri potest neque impelli? igitur hac sententia sua Pudentilla non modo me magum, sed omnino esse magiam negauit. bene, quod integras epistolas matris Pontianus ex more adseruauit: bene, quod uos festinatio iudicii anteuortit, ne quid in istis litteris ex otio nouaretis. tuum hoc, Maxime, tuaeque prouidentiae beneficium est, quod a principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, praecipitasti et nulla impertita mora subneruasti. finge nunc aliquid matrem p. 94 Kr. filio secretis, *uti adsolet*, litteris de amore confessam. hocine uerum fuit, Rufine, hoc non dico pium sed saltem humanum, prouulgari eas litteras et potissimum fili prae-

3 cf. Plaut. Merc. 82.

1 litteras Fφ litteris F 3 epta³ F 5 ЄГО ΟУТЄ μεμα ΓЄΙΜαΙ ΟΥΤϹЄΡѠ ΤhΝЄΙΜὰρμενhΝ εκφ. F *in calce paginae eadem manu recenti, quae in pag.* 101 *conspicua est: ἐΓὼ οὔτε μεμάγευμαι, οὖνε τΗρῶ τὴν εἱμαρμένην ἐκφ. — οὔτε γ' ἐρῶ Rossbach ἐκφ.] ἐκφέρουσα Kr. cum Spengelio τὴν εἱμ. ἔχω. Rossbach. Graeca om.* δ 6 reclamat Fδ declamat φ 7 calumpniis φ 15 epistolas Fφ | adseruabit Fφ 16 litteris Fφ 18 calumpnias φ 19 nulla³ imptita³ ora F nulla³ impertitam. ⸤h⸥ ora ⸤3⸥ φ | subneruiasti Fφ 21 *uerba* uti adsolet *quae in cdd. post* amore *leguntur, transposui post* secretis; assolet φ | litteris F 22 hooine ⸤c⸥ F hoccine φ 23 prouulgari Fφ promulgari *Kr.* | fili Fφ *cf.* 93. 3, 552 O. p. 85. 12 Kr.

Oudend. f. 121b. f. 20b.

conio publicari? sed sum*ne* ego insci*t*us qui postulo, ut
(570) alienum pudorem conserues, qui tuum perdideris?

Cur autem praeterita conqueror, cum non sint LXXXV
minus acerba praesentia? hoc usque ‖ a uobis miserum f. 122a.
istum puerum deprauatum, ut matris suae epistulas quas putat amatorias pro tribunali procons*ulis* recitet apud uirum sanctissimum Claudium Maximum, ante has imperatoris Pii statuas filius matri suae pudenda exprobret stupra et amores obiectet? quis tam est mitis quin exacerbescat? tune, ultim*e*, parentis tuae animum in istis scrutaris, oculos obseruas, suspiritus numeras, adfectiones exploras, tabulas intercipis, amorem reuincis? tune, quid in cubiculo agat, perquiris, ⟨*tune postulas*⟩, ne mater tua,
(571) non dico amatrix, sed ne omnino femina *sit*. ne tu in ea
⟨*nihil*⟩ cogitas nisi unam parentis religionem! o infelix uterum tuum, Pudentilla, o sterilitas liberis potior, o infausti decem menses, o ingrati quattuordecim anni uiduitatis! uipera, ut | audio, exeso matris utero in lucem pro- f. 21a.
serpit atque ita parricidio gignitur. at enim tibi a filio iam adulto acerbiores morsus uiuenti et uidenti offeruntur. silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, uiscera intima protrahuntur. hascine gratias bonus filius matri rependis ob datam uitam, ob adquisitam hereditatem, ob quattuordecim annorum longas alimonias?

22 cf. Met. VI 32 p. 142. 4.

1 puplicari Fφ[1] | sumne *Acidalius* sum Fφ | inscius Fφ inscitus *Scaligerum secutus Kr. cf.* d. d. Socr. Prol. p. 3. 16 (Go.) 4 hoc usque Fφ 5 eptas F 6 proconsulis *scripsi* proconsuli *Kr.* ꝑcōſ Fφ 7 Cl. Maximum Fφ *cf.* p. 3. 1, 377 O. | imp̄ F 10 tunc Fφ | ultime *Pricaeus* ultimo Fφ | in istis Fφ *Kr. delet* in *cum Elmenhorstio* 13 ⟨tune postulas⟩ *inserui, Jahnius lacunam statuit post* tua | ne Fφ nec *Kr. cum Jahnio* 14 sit *scripsi* est *cdd.* 15 ⟨nihil⟩ cogitas *scripsi* cogitas Fφ (*non* cogites) 17 XIIII[3] F *idem us.* 104. 1 | matris utero Fφ utero *Kr. In mg.* F *legitur:* de uipa 24 XIIII φ

f. 122a. f. 21a. Ed. Ou[...] p. 35[...]

hiscine te patruus disciplinis erudiuit, ut, si compertum habeas filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem?

Est ille poetae uersus non ignotus:

odi puerulos praecoqui sapientia,

sed enim malitia praecoqui puerum quis non auersetur (572) atque oderit, cum uideat uelut monstrum quoddam prius robust*um* scelere quam tempore, ante nocentem quam potentem, uiridi pueritia, cana malitia? uel potius hoc magis noxium, quod cum uenia perniciosus est et nondum poenae, iam iniuriae sufficit. iniuriae dico? immo enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili.

LXXXVI Athenienses quidem propter commune ius humanitatis ex captiuis epistulis Philippi Macedonis hostis sui unam epistolam, cum singulae publice legerentur, recitari prohibuerunt, quae erat ad uxorem Olympiadem conscripta: ‖ hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent, praeferendum rati fas commune propriae ultioni. tales hostes aduersum hostem: tu qualis filius aduersum matrem? uides, quam similia contendam. tu tamen filius matris epistulas de amore, ut ais, scriptas in isto coetu legis, in quo si aliquem poetam lasciuiorem iubereris legere, profecto non a*bnu*eres: pudore tamen ali- (573) quo impedirere: immo enim nunquam matris tuae litteras attigisses, si ullas alias litteras attigisses. at *eti*am ausus

5 Comicorum lat. rell. ed. Ribbeck p. 111. fr. 78.

5 p̄co-q ¦ ſapientia F (¦ *et* — *inter* o *et* q *add. m. r.*) p̄coq φ 6 p̄co-q ¦ pueru³ F p̄roq p. φ 8 robustum *Colvius* robustos Fφ robusto *cum Bosscha Kr.* 13 quidem Fφ quondam *cum Casaub. Kr.* | cōmune φ (– *add. m. r.*) 14 eptis *et* eptam Fφ 16 Olimpiades F *sed corr. ex* olimpiaden 19 *et* 20 aduersus φ 20 contendam? *Kr.* 21 eptas Fφ 23 abnueres *Wower* auderes Fφ 25 si ullas alias litteras Fφ | *post* attigisses *Rohde add.* unquam *pro sequenti* ad quam | at etiam *Acidalius cll.* Cic. Phil. II. 16 ad quam Fφ at quin *Kr. cum Colvio*

es tuam ipsius epistulam legendam dare, quam nimis irreuerenter, nimis contumeliose et turpiter | de matre tua scriptam, cum adhuc in eius sinu alerere, miseras clanculo ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses ac tam .96 Kr. bonum tuum factum ob*liuio* capesseret. miser, non intellegis, iccirco patruum tuum hoc fieri passum, quo se hominibus purgaret, si ex litteris tuis nosceretur, te etiam prius quam ad eum commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen iam tum uolpionem et impium fuisse.

ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum LXXXVII Aemilianum esse, ut arbitretur, mihi litteras pueri et eiusdem accusatoris mei offuturas.

Fuit et illa commenticia epistula neque mea manu scripta neque uerisimiliter conficta, qua uideri uolebant blanditiis a me mulierem sollicitatam. cur ego blandirem, si magia confidebam? qua autem uia ad istos peruenit epistula, ad Pudentillam scilicet per aliquem fidelem missa, (574) ut in re tali accu*r*ari solet? cur praeterea tam uitiosis uerbis, tam barbaro sermone ego scriberem, quem idem dicunt nequaquam Graecae linguae imperitum? cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subigitarem, quem idem aiunt uersibus amatoriis satis scite lasciuire? sic est profecto, || cuiuis palam est: hic qui epistulam f. 122b. Pudentillae Graecatiorem legere non potuerat, hanc ut suam facilius legit et aptius commendauit.

Sed iam de epistulis satis dictum habebo, si hoc unum addidero: Pudentillam, quae scribserat dissimulamenti causa

1 eptam Fφ 2 irreuerenter F$\varphi^{2}$ 4 a⌊c⌋d F 5 obliuio *Casaub. et Lipsius* optuto Fφ | capesceret F$\varphi^{1}$ capesseret $\varphi^{2}$ | intellegis Fφ 6 icciro F idcirco φ | quo] quod Fφ 7 fuif F suis φ 9 uolpionem Fφ 10 neque Fφ (*rasura quae sequitur in* F *ad proximum uocabulum pertinet*) 11 litteras F 12 me⌊i⌋ φ me F | offuturas F o⌊b⌋ffuturas φ 13 epta Fφ *idem* 17, 23, 26 15 blandirem Fφ blandirer *Kr.* 18 accurari *Hild.* accusari Fφ 19 *et* 22 idem Fφ 27 scribs⌊a⌋erit F (*corr. m. uel* 1. *uel quidem antiqua*) scripserat φ

f. 122b. f. 21a. Ed. Oud.

et deridiculi: ἐλθέτω νῦν, ἕως ἔτι σωφρονῶ, post hasce litteras euocasse ad se filios et nurum, cum his ferme duobus mensibus conuersatam. dicat hic pius filius, quid in eo tempore sequius agentem uel loquentem matrem p. 97 Kr. suam propter insaniam uiderit: neget, eam rationibus uil- (575) liconum et upilionum et equisonum sollertissime sub- 6 scripsisse: neget, fratrem suum Pontianum grauiter ab ea | f. 21b. monitum, ut sibi ab insidiis Rufini caueret: neget, *se*uere obiurgatum, quod litteras, quas ad eum miserat, uulgo circumtulisset nec tamen bona fide legisset: neget, post ista quae dixi matrem suam mihi apud uillam iam pridem

LXXXVIII condicto loco nubsisse. quippe ita placuerat, in suburbana uilla potius ut coniungeremur, ne ciues denuo ad sportulas conuolarent, cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummum in populum expunxisset ea die, qua Pontianus uxorem duxit et hic puerulus toga est inuolutus: praeterea, ut conuiuiis multis ac molest*is* supersederemus, quae ferme ex more nouis maritis obeunda sunt.

Habes, Aemiliane, causam totam, cur tabulae nubtiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint sed in uilla suburbana consignatae: ne quinquaginta milia nummum denuo profundenda essent nec tecum aut apud te cenandum. estne causa idonea? miror tamen, quod tu a uilla tantopere abhorreas, qui plerumque ruri uersere. lex qui-

1 ЄΛΘЄΤѠΝYΝЄΟϹΞΤΙϹΟφρονο F *in mg. eadem m. recenti, quae extat p.* 101 *et* 102 ἐλθέτω νῦν ἕως ἔτι σωφρονῶ 2 litteras F φ 4 sequſ F φ 5 uilliconum F φ upilionum F φ *cf.* p. 16. 3, 479 O. p. 16. 6 *Kr. et* Met. VIII 1, p. 163. 14 6 equisinum (o *superscr.*) F equisionum φ 8 „*malim* seuere" *Kr.* uere F u (o *superscr.*) φ 12 nubsisse F 13 *in mg.* F: ne ciues denuo ad sporttas conuolarent 15 mit numoſ F mit nūmū φ in *m. r. in* φ *superscripsit*, *om.* F 17 molestis *cum Salm. Kr.* molestiis F φ 21 milia numu F m lia (i *m. 1*) nūmū φ 22 cenandum F φ 23 ydonea φ | tua uilla F (*fuit* -la *sed* ³ *erasum est*) tuam uillam φ 24 aborreas (h *superscr.*) φ | rure F φ

. Oudend. f. 122b. f. 21b.

dem Iulia de maritandis ordinibus nusquam sui ad hunc modum || interdicit: 'uxorem in uilla ne ducito.' immo si uerum uelis, uxor ad prolem multo auspicatius in uilla quam in oppido ducitur, in solo uberi quam in loco
(576) sterili, in agri cespite quam in fori silice. mater futura in ipso materno sinu nubat, in segete adulta, super fecun-
98 Kr. dam glebam. uel enim sub ulmo marita cubet, in ipso gremio terrae matris, inter suboles herbarum et propagines uitium et arborum germina. ibi et ille celeberrimus in comoediis uersus de proximo congruit:

παίδων ἐπ' ἀρότῳ γνησίων.

(577) Romanorum etiam maioribus Quintis et Serranis et multis aliis similibus non modo uxores, uerum etiam consulatus et dictaturae in agris offerebantur. cohibeo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, si uillam laudauero.

De aetate uero Pudentillae, de qua post ista satis LXXXIX
confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam

1 nusquam sui *Rohde cf.* 589 O. p, 105. 20 Kr. nnnquam sui Fφ nunquam ⟨quantum⟩ scio *Kr.* 3 auspicacius Fφ 4 silice φ scilice F *interpunxi post* silice 6 materno sinu nubat, *scripsi cum Acidalio* mat̄no si | nubat. In (*post* nubat *incipit uersus nouus*) F (si *et* nu *separauit m. r.*) *Interpunxi cum* F *post* nubat: matn̄o si nubat in φ | fęcundam F fecundam φ 8 *fortasse Apuleius scripsit* sub ulmo ⟨maritata⟩ marita cubet, *post* cubet *in* F *parua rasura* | matris *Casaub.* matres Fφ so⌊u⌋boles F (*sed* o *prior iam ex* u *corr. videtur*) 11 ΠὰldωN ƐΠὰΡΟΓΟΝΙΝΙCΙΟΝ ЄΠΙC|ΠΟΡω F *unde Kr. elicuit παίδων ἐκ' ἀρότῳ γνησίων, cum Spengelio et Meinekio ἐπὶ σπορᾷ glossema arbitratus et comparato fragmento Menandri apud Clem. Alex. Strom.* II p. 181. 15 (Sylb.) *seruato nec non a Porsone emendato:*

*παίδων ἐκ' ἀρότῳ γνησίων*
*δίδωμι σοί γε (σοι 'γὼ Dobree) τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα*

*(olim fuit: παίδων σπόρῳ τῶν γνησίων)*
*Extat tamen scholium ad Eurip. Androm. 4, quod aeque huc pertinet: γνησίων ἐπὶ σπορᾷ Παίδων. Num uersus noster fuit: παίδων ἐπ' ἀρότῳ, γνησίων ἐπὶ σπορᾷ? Peerlkamp coniecit: παίδων ἐκ' ἀρότῳ γνησίων τε καὶ σπόρῳ. Ceterum cf.* Praefatio 12 Quintis Fφ 14 cohibebam Fφ | in ta³ F ị̃ ṭạ̃ φ

f. 122b. f. 21b. Ed. Oud.

diceres nubsisse, de ea tibi paucis respondebo: nam necesse non est in re tam perspicua pluribus disputare.

| Pater eius natam sibi filiam more ceterorum professus est. tabulae eius partim tabulario publico partim (p. 99 K) domo adseruantur, quae iam tibi ob os obiciuntur. porrige tu Aemiliano tabulas istas: linum consideret, signa quae impressa sunt recognoscat, consules legat, annos (578) computet, quos sexaginta mulieri adsignabat, probet quinque et quinquaginta: lustro mentitus sit. parum hoc est, liberalius agam: nam et ipse Pudentillae multos annos largitus est; redonabo igitur uicissim. decem annos Mezentius cum Vlixe errauit: quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. quid multis? ut cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, uiginti annos semel detraham. iube, Maxime, consules computari: nisi fallor, inuenies nunc Pudentillae haud multo amplius quadragensimum annum aetatis ire. o falsum audax et nimium, o mendacium uiginti annorum exilio puniendum: dimidio tanta, Aemiliane, mentiris, falsa audes sesquial- (579) (f. 123a.) tera! si triginta annos || pro decem dixisses, posses uideri computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. cum uero quadraginta, quae facilius ceteris

5 cf. Plaut. Most. 619.
11 cf. p. 72. 6.

1 nubsisse F nupsisse φ | nam necesse non est φ ne-cesse ⌊nõ⌋ ē F (-cesse ē *scr. m.* 1 *in ras.* ⌣ *est m.* 2) 4 partim tabulario F (*sed in mg. manu antiqua scriptum est* se, *fortasse quia* se *in* adseruantur *fere erasum erat, unde transiit in* φ *ubi legitur*: parti[3] ſe tabulario, *cf.* 123. 14; 112. 1 *Kr.* 5 obiciuntur Fφ 14 ⌊b⌋i⌊s⌋ F b *primitus* h *fuisse uidetur, sub* ſ *latere uidetur* n) his φ 15 semel] simul *Bosscha* 17 quadragensimum F | o *om.* φ 19 tanta F tanto φ (*sed* to *ex* te *corr. est*) | audeſſesq; altera Fφ 21 pro computationis gestu *Kr. sed* pro *neque in* F, *neque in* φ *extat cf.* p. 109. 2 | debueris F debueras φ 22 adperisse F aperisse φ

Oudend. f. 123a. f. 21b.

porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus binos cuiusque anni consules numerasti.

(580) Missa haec facio. uenio nunc ad ipsam stirpem XC accusationis, ad ipsam causam maleficii. respondeat Aemilianus et Rufinus, ob quod emolumentum, etsi maxime magus forem, Pudentillam carminibus et uenenis ad matri- 100 Kr. monium pellexissem. atqui ego scio, plerosque reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quaepiam causae probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, uitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere, nec id sibi obesse debere, quod uideantur quaedam fuisse ad malefaciendum inuitamenta. non enim omnia quae fieri potuerint pro factis habenda: rerum uices uarias euenire: certum indicem cuiusque animum esse: qui semper eodem ingenio | ad uirtutem uel ad malitiam moratus firmum f. 22a. argumentum est accipiendi criminis aut respuendi. haec ego quamquam possim merito dicere, tamen uobis condono nec satis mihi duco, si me omnium quae insimulastis abunde purgaui, si nusquam passus sum uel exiguam suspicionem magiae consistere. reputate uobiscum, quanta fiducia innocentiae meae quantoque despectu uestri agam: si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillae nubtias ob aliquod meum commodum appetere,

2 digitoꝝ gestu F (*sed* g *ex* Ɛ *corr.*) digitoꝝ Ɛgestu φ 4 ⌊numerasti⌋ nominasti φ 5 ipsum F 6 respondeat Fφ | aemilianus et rufinus Fφ et Rufinus *om. Kr.* 8 ueniens (i *supra*) φ 9 atqui *Scaliger* atq; Fφ 11 habunde Fφ 14 ad maleficiundum (*non*: malif.) Fφ 15 pot⌊ue⌋|rint φ (ue *in ras.*) poterint F 17 ad malitiam φ ad malitiam F 18 criminis F discriminis φ 21 abunde F habunde φ *restitui priorem interpunctionem, quam Kr. minus recte mutauerat interpungendo post* purgaui *et scribendo* sin *pro* si *Bosscham secutus* sin; qua (3 *supra*) F 22 suspicionem F 23 uestri F 25 nubtias F

f. 123a. f. 22a. Ed. Oudend.

si quamlibet modicum emolumentum probaueritis, ego ille
sim Carmendas uel Damigeron uel his . . . . . Moses uel
Johannes uel Apollobe*ches* uel ipse Dardanus uel quicum- p.101K
que alius post Zoroastren et Ostanen inter magos cele- (581)
bratus est.

2 Plin. nat. hist. XXX 1. 4: mirum hoc inprimis, durasse memoriam artemque tam longo aeuo commentariis non intercedentibus, praeterea nec claris nec continuis successionibus custoditam. quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos Babyloniosque Mamarum et Arabantiphocum aut Assyrium Tarmoendam, quorum nulla extant monumenta?

3 Arnob. adu. gent. I 52: age nunc ueniat quaeso per igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori, Bactrianus et ille conueniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo, Armenius, Ostanis nepos, et familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius, Damigero et Dardanus, Velus, Iulianus et Baebulus, et si quis est alius, qui principatum et nomen fertur in talibus habuisse praestigiis. — Plin. l. d. 2, 11: est et alia magices factio a Mose et Ianne et Lotape ac Iudaeis pendens, sed multis milibus annorum post Zoroastren. — ibid. 2. 9: Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum e Phoenice illustrauit, uoluminibus Dardani in sepulcrum eius petitis, suis uero ex disciplina eorum editis, quae recepta ab ullis hominum atque transiisse per memoriam aeque ac nihil in uita mirandum est.

4 ibid. 2. 3: sine dubio (magia) orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores conuenit: sed unus hic fuerit an postea et alius, non satis constat. — ibid. 2. 8: primus, quod extet, ut equidem inuenio, commentatus est de ea Ostanes

2 Carm̄das F Tarmoendas *Kr. cum Plin.* N. H. XXX 1. 4 | uel his Moses F *excidisse uidetur comparatiuus* uel hismesos φ uel ⟨Ve⟩lus ⟨uel⟩ Moses *Kr. cum Meursio* uel Hisus (= Hiesus) uel Moses *Bosscha* 3 iohn̄ F ioh̄es φ Jannes *cum Colvio Kr.* | Apollobeches *Kr. ex Plin.* XXX 2. 9 *ubi liber Par.* (E) *habet* Apollonecen; apollo hẹc F apollo h̄ φ Apollonius *Bosscha* | quicũque F 4 alias Fφ | Hostanen Fφ

XCI Vide quaeso, Maxime, quem tumultum suscitarint, quoniam ego paucos magorum nominatim percensui. quid faciam tam rudibus, tam barbaris? doceam rursum haec et multo plura alia nomina in bybliothecis ‖ publicis apud clarissimos scriptores me legisse, an disputem longe aliud esse notitiam nominum, aliud artis eiusdem communionem (582) nec debere doctrinae instrumentum et eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi, an, quod multo praestabilius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaque perfecta eruditione fretus contemnam stultis et impolitis ad haec respondere? ita potius faciam: quid illi existiment, nauci non putabo. quod institui pergam disputare: nullam mihi causam fuisse Pudentillam ueneficiis ad nuptias prolectandi.

Formam mulieris et aetatem ipsi ultro improbauerunt idque mihi uitio dederunt, talem uxorem causa auaritiae p.102 Kr. concupisse, atque adeo primo dotem in congressu grandem et uberem rapuisse. ad haec, Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium: nihil uerbis opus est, cum multo disertius ipsae tabulae loquantur, in quibus omnia contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impraesentiarum et prouisa in posterum deprehendis: iam primum mulieris locupletissimae modi-

Xerxen regem Persarum bello quod is Graeciae intulit comitatus, ac uelut semina artis portentosae sparsit obiter infecto quacumque commeauerant mundo.

3 ⌊r⌋ ⌊di⌋ duribus φ 4 bybliothecis F bibliothecis φ 6 communionem habere *Kr. cum Bosscha et uetustioribus editt. sed* habere *in* F φ *non extat neque agnoscit Hild.* 7 in⌊ſ⌋r⌊r⌋ ⌊m̃⌋ñtđ F (ſ, n *fere erasa est, totum uocabulum in ras.*) 10 contempnam φ 12 nauci] nacci F φ. (*in mg.* φ *m.* 2 *scr.*: ∂ Năcci *m.* 3: c nauci (e over c)) 21 coniectauerunt *in* F *repetiuit m. r. super regulam* 22 impraesentiarum F φ i⌊m⌋pr. φ 23 iam F φ nam *Kr.*

f. 123a. f. 22a. Ed. Oud.

cam dotem neque eam datam sed tantum|modo ⟨*pactam*⟩: praeter haec ea condicione factam coni*un*ctionem, nullis ex me susceptis liberis ⟨*si*⟩ uita demigrasset, uti dos omnis apud filios eius Pontianum et Pudentem maneret, sin uero uno unaue superstite diem suum obisset, uti tum diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus (583) cederet.

XCII Haec, ut dico, tabulis ipsis docebo. fors fuat an ne sic quidem credat Aemilianus, sola trecenta milia nummum scripta eorumque repetitionem filiis Pudentillae pacto datam. cap*e sis* ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino: legat, pudeat illum tumidi animi sui et ambitiosae mendicitatis: quippe ipse egens, nudus, f. 123b. quadringentis milibus nummum a creditore ‖ acceptis filiam dotauit, Pudentilla, locuples femina, trecentis milibus dotis fuit contenta et maritum habet [et] multis saepe et ingentibus dotibus spretis inani nomine tantulae dotis contentum, ceterum praeter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque diuitias in concordia coniugi*i* et mut*uo* amore ponentem. quamquam quis omnium uel exigue rerum peritus culpare auderet, si mulier uidua et mediocri forma, at non aetate mediocri, p. 103 Kr.

1 datam sed tantummodo praeter Fφ (*in φ m. saec.* XIV *adscr.* promissam *quod receperunt editores*) *suppleui* pactam *cum Hild. qui tamen scribit* pactam modo; sed dandam modo *Beyte* 2 condicione F | coniunctionem *cum Casaub. Kr.* coniectionem F coniectationem φ connexionem *Lips.* 3 si *in cdd. deest* 4 apud F ad φ (apd' *m.* 1) 6 diuidua Fφ 8 fors fuat F (*non* fuerit) fuerat φ fuerit *Kr.* 9 aemilianum F Emilia|nū φ (e, c nus) | trecenta milia nūmu Fφ 11 cape sis *Jahn* capens F capens φ (i) 14 . cccc . milib; nu³mu³ Fφ (*sed in* φ *est* nūmis) 15 trecentis milibus Fφ 16 [et] *seclus. Jahn* 19 suppellectilem φ 20 coniugii *Casaub.* coniugis Fφ | mutuo *Lips.* multo Fφ 22 at non φ adñ (ad *prim. m. corr. ex* ac) F

. Oudend. f. 123b. f. 22a.

(584) nubere uolens longa dote et molli condicione inuitasset iuuenem neque corpore neque animo neque fortuna paenitendum? uirgo formosa etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est: affert quippe ad maritum nou*a*m animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. ipsa uirginitatis commendatio iure meritoque omnibus maritis acceptissima est. nam quodcumque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne ut acceperas retribuere, pecuniam renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, praediis cedere. sola uirginitas cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus | dotalibus remanet. uidua autem qua- f. 22b.
lis nuptiis uenit, talis diuortio digreditur: nihil affert
(585) irreposcibile, sed uenit iam ab alio praeflorata, certe tibi ad quae uelis minime docilis, non minus expectans nouam domum quam ipsa iam ob unum diuortium suspectanda, siue illa morte amisit maritum, ut scaeui ominis mulier et infausti coniugii minime appetenda, seu repudio digressa est, utramuis habens culpam mulier, quae aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. ob haec et alia ‖ uiduae dote aucta procos sollicitant. quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si philosophum spernentem dotis non rep*p*erisset.

Age uero, si auaritiae causa mulierem concupissem, XCIII
quid mihi utilius ad possidendam domum eius fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere, alienare ab eius

1 longa] larga *uel* lauta *Stewech.* | condicione Fφ 3 oppido ọp̣p̣ịḍọ φ 4 habunde Fφ | nouam φ (a *ex* u *corr. est*) nouum F *Kr.* 7 quodcuque F (3 *sup.*) | acceperis] acceperit Fφ 14 irreposcibile φ irrepossibile F | *mg.* F *repetit* p̄florata 15 minime ụẹ φ | expectans F suspectans φ *retinui primae manus lectionem* suspectans *Kr.* 18 infausti Fφ infandi *Kr.* 19 ⟨ut⟩ utramuis *Kr.* utrumuis Fφ | habens] habes φ (e, o. bet *sup.*) 23 reperisset F repieset φ (p *sup.*)

f. 123b. f. 22b. Ed. Oud.

animo liberorum caritatem, quo liberius et artius desolatam mulierem solus possiderem? fuit nae hoc praedonis quem uos fingitis. ego uero quietis et concordiae et pie- p. 104 Kr. tatis auctor, conciliator, fauisor non modo noua odia non serui, sed uetera quoque funditus extirpaui. suasi uxori meae, cuius — ut isti aiunt — iam uniuersas opes trans- (586) uoraram, suasi, inquam, ac denique persuasi, ut filiis pecuniam suam reposcentibus, — de quo supra dixeram —, ut eam pecuniam sine mora redderet in praedis uili aestimatis et quanto ipsi uolebant, praeterea ex re familiari sua fructuosissimos agros et grandem domum opulente ornatam magnamque uim tritici et hordei et uini et oliui ceterorumque fructuum: seruos quoque haud minus quadringentos, pecora amplius neque pauca neque abiecti pretii donaret, ut eos et ex ea parte quam tribuisset securos haberet et ad cetera hereditatis bona spe inuitaret. haec ego ab inuita Pudentilla — patietur enim me, uti res fuit, | ita dicere — aegre extudi, ingentibus precibus (587) inuitae et iratae extorsi, matrem filiis reconciliaui, priuignos meos primo hoc uitrici beneficio, grandi pecunia auxi.

XCIV Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinum omnes execrati me laudibus tulere. uenerat ad nos, priusquam istam donationem ⟨*mater*⟩ perficeret, cum dissimili isto fratre suo Pontianus: pedes nostros aduolutus ueniam et obliuionem praeteritorum omnium postularat, flens et manus nostras osculabundus ac dicens paenitere, quod

7 cf. Met. IV 11, p. 76. 11; VII 4, p. 145. 13 et IX 25, p. 207. 14.

2 fuit nae hoc *Hild*. fuitne *Kr*. 3 quem *scripsi* quod *edd*. *cf*. 121. 25 4 fauisor Fφ *mg*. F *habet*: *( fauisor 5 serui Fφ | extirpaui Fφ 9 p̄dis F | uiliaestimatis F uilia‿estimatis φ (*iunxit m. r.*) 10 re] ſe Fφ 12 ordei Fφ 13 cccc Fφ 15 et *om*. φ | parte *non om*. F 16 spe] spei Fφ 17 ego] ergo Fφ | extudi Fφ (*non* exaudi) 24 istam Fφ ista *cum Hild*. *Kr*. | ⟨mater⟩ *uulgo inseritur* | ut cum φ 27 pεnitere F

Rufino et similibus auscultarit. petit post ea suppliciter, uti se Lolliano quoque Auito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio orationis suae fuerat ‖ a me commendatus: [f. 124a.] quippe compererat, ante paucos dies omnia me ut [605 Kr.] acta erant ad eum perscripsisse. id quoque a me im- [(588)] petrat. itaque acceptis litteris Carthaginem pergit, ubi iam prope exacto consulatus sui munere Lollianus Auitus te, Maxime, opperiebatur. *is* epistolis meis lectis pro sua eximia humanitate gratulatus Pontiano, quod cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum, quas litteras, di boni, qua doctrina, quo lepore, qua uerborum amoenitate simul et iucunditate! prorsus ut 'uir bonus dicendi peritus'. scio te, Maxime, libenter eius litteras auditurum, *e*quidem si praelegam: mea uoce pronuntiabo. cedo tu Auiti epistulas, ut quae semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. at tu licebit aquam sinas fluere. namque optimi uiri litteras ter et quater aueo quantouis temporis dispendio lectitare.

XCV Non sum nescius, debuisse me post istas Auiti litteras [(589)] perorare. quem enim laudatorem locupletiorem, quem

11 Senec. controu. I praef. 9 p. 60 Burs.: erratis, optimi iuuenes, nisi illam uocem non M. Catonis, sed oraculi creditis . . . ille ergo uir quid ait? 'orator est, Marce fili, uir bonus dicendi peritus.' (Caton. fragm. pag. 80 Iord.)

1 post ea *Kronenb.* postea *uulgo* 5 p̄scripsisse Fφ 6 ut ceptis (*superscr.* se,) F | litteris Fφ 8 is *Scaliger* his Fφ | eptiſ Fφ 9 herrorem F 11 di F dĩſ (*superscr.* o) φ *cf.* Met. IX 12, p. 197. 15 | amεnitate F 12 iucunditate F iocundĩtate φ 13 litteras F 14 equidem si praelegam *scripsi* et quidem si p̄legam Fφ equidem si perlegam *Kr.* (*cf.* p. 98. 19, 563 O., p. 90. 8 Kr.) et quidem ipse legam *Rohde* 15 eptas Fφ | ut que³ ſe³p F 16 at] ut Fφ 17 *et* 19 litteras Fφ 17 aueo *Gruterus* abeo Fφ adeo *Kr. cum Lips.* 18 temporis] tempore Fφ | lectitare F lectitarem φ 19 ab'iti F (' *est m. r.*)

f. 124a. f. 22b. Ed. Oud.

testem uitae meae sanctiorem producam. quem denique aduocatum facundiorem? multos in uita mea Romani nominis disertos uiros sedulo cognoui, sed sum aeque | f. 23a. neminem ammiratus. nemo est hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis et spei, quin Auitus esse longe malit, si cum eo se remota inuidia uelit conferre. quippe omnes fandi uirtutes paene diuersae in illo uiro congruunt. quamcumque orationem struxerit Auitus, ita illa erit undique sui perfecte absoluta, ut in illa ne- p.106 Kr. que Cato grauitatem requirat neque Laelius lenitatem nec Gracchus impetum nec Caesar calorem nec Hortensius distributionem nec Caluus argutias nec parsimoniam Salustius nec opulentiam Cicero: prorsus, inquam, ne omnis persequar, si Auitum audias, neque additum quicquam uelis neque detractum neque autem aliquid commutatum.

Video, Maxime, quam benigne audias, quae in amico tuo Auito recognoscis. tua me comitas, ut uel pauca dicerem de eo, inuitauit. at non usque adeo tuae beniuolentiae indulgebo, ut mihi permittam iam propemodum fesso in causa prorsus ad finem inclinata de egregiis uirtutibus eius nunc demum incipere, quin potius eas integris
XCVI uiribus et tempori libero seruem. nunc enim mihi, quod aegre fero, a commemoratione tanti uiri ad pestes istas oratio reuoluenda est.

Audesne ergo te, Aemiliane, cum Auito conferre?

2 facundiore[3] . . multos F (*duo puncta inter utrumque uocabulum posita sunt cf.* p. 117. 5, 590 O., p. 106. 19 Kr.  3 summeque F φ  4 ammiratus F admiratus φ | opinio fert F fert opinio φ  5 eloquentia] eloquentię F eloquentie φ | laudis et spei F (*supra* et *erasum est* ac) laudis aut spei *Pricaeus*  6 maliſ F φ | cueo F (ˀ *add. m. r.*)  8 qua[3]cu[3]que ora^ti^ne[3] F orationem φ  10 nec Gracchus F (*non* neque) Graccus φ  11 ortensius F φ  12 salustius F φ  13 inqua[3] F φ (*non* in qua)  14 a^d^itum φ  17 recognosces F φ  18 beniuolentiae F φ  25 ergo te F te ergo φ

quemne ille bonum uirum ait, cuius animi disp*osi*tionem tam plene suis litteris collaudat, eum tu magiae ⟨*et*⟩ male- (590) ficii crimini*bus* insectabere? an inuasisse me domum Pudentillae et concipilare bona eius tu magis dolere debes, quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum uestro scilicet instinctu ortas simultates etiam absenti apud Auitum satisfecit, qui mihi apud tantum uirum gratias egit? puta me acta apud Auitum, non litteras ipsius legisse. quid posses uel ⟨*tu uel*⟩ quisquis in isto negotio accusare? Pontianus | ipse, quod a matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat, Pontianus me uitricum sibi contigisse intimis affectionibus laetabatur. quod utinam incolumis Carthagine reuertisset! uel, quo- p.107 Kr. niam sic ei fuerat fato decretum, utinam tu, Rufine, supremum eius iudicium non impedisses! quas mihi aut coram aut denique in testamento gratias egisset! litteras tamen, quas ad me Carthagine *adhuc ualidus uel iam aeger adueniens ex itinere praemisit*, plenas honoris, plenas amoris, quaeso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat

1 quem ne F | animi F ai͠ φ | dispositionem *Fulvius* disputationem F φ 2 litteris F | eum] cu[3] F φ | magiae ⟨et⟩ maleficii criminibus *Bosscha Kr.* magię ( . . *add. m. r.*) maleficii criminis F 4 concipilare] c̄cipilare F ⌊rape furari expoliare⌋ compilare φ (*ultima pars litterae* m *in ras. est*) *cf. quae scripsi* A. f. L. L. IX p. 461 | debes *post* dolere *inserendum m. r.* | *in mg.* φ *add. ita*: d'bes 5 pontian; . . q m F (i *superscr.*) *cf.* p. 116. 2, 589 O. p. 105. 14 Kr. 8 litteras F 9 quid posses uel ⟨tu uel⟩ quisquis *scripsi* quid posses uel quas quis F φ (a *superscr.*) (ł qſ qſ φ) quisquis *iam Colvius* quid? possesne uel qnisquilias *Kr.* 12 uitricum F φ (*non* uiaticum) 13 cartagine φ 16 litteras F 17 quas ad me Carthagine adhuc ualidus uel iam aeger adueniens ex itinere praemisit, plenas honoris, plenas amoris *scripsi pro uulgata manifeste turbata* quas ad me Carthagine uel iam adueniens ex itinere praemisit, quas adhuc ualidus, quas iam aeger plenas honoris, plenas amoris Carthaginē F 18 p̄misit F (*sed* p̄ *ex* ꝓ *corr. uid.*) ꝓmisit φ *sed superscriptum* c (e *superscr.*) pre

f. 124a. f. 23a. Ed. Oudend.

frater eius, accusator meus, quam in*faustis* ominibus Mineruae curriculum cum fratre optumae memoriae uiro (591) currat.

XCVII Audistine uocabula, quae mihi Pontianus frater tuus tribue*bat*, me parentem suum, me dominum, me magistrum ‖ f. 124b. cum saepe alias tum in extremo tempore uitae uocans? pos*sem* tuas quoque paris epistolas prome*re*, si uel exiguam moram tanti putarem: potius testamentum illud recens tui fratris quamquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissime et honestissime meminit. quod tamen testamentum Rufinus neque compar*ere* (592) neque perfici passus est pudore perditae hereditatis, quam paucorum mensium quibus socer Pontiani fuit magno quidem pretio noctium computarat. praeterea nescio quos Chaldaeos consuluerat, quo lucro filiam collocaret, qui, ut audio, utinam illud non uere respondissent, primum eius maritum in paucis mensibus moriturum: cetera enim de hereditate, ut adsolent, ad consulentis uotum confinxerunt. uerum, ut dii uoluere, quasi caeca bestia in cassum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini male comparatam non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato impertiuit, quippe qui ei ad ignominiam lintea adscribi du- p. 108 Kr. centorum fere denariorum iusserit, ut intellegeretur iratus f. 23b. potius aestimasse eam quam | oblitus praeterisse. scripsit (593)

1 quam in⟨faustis⟩ om⟨i⟩nibus *Stewechius* quam in omnibus F φ 2 optumae F φ | uir occurrat F φ 5 tribuebat *Kr. cum Jahnio* tribuerat F φ 7 possem — promere *Bosscha* postquam—promerem F φ post quae (*sc.* uocabula) *Beyte* possem tuas quoque paris epistulas ⟨promere et⟩ promerem *Kr.* | epistolas F eptas φ | promerem F φ 11 comparere *Lips.* comparari F cōpari φ 15 chaldeus F chaldeos φ 18 $\overset{co}{h}$editate φ | adsolent F assolent φ 20 male co$^3$pata$^3$ F φ mali compertam *Kr. cum Casaub.* 21 reliquit F 22 adscribi F adscribi φ 24 aestimasse *rectissime* F *i. e. uilitatem eius perspexisse et paruulo legato contemptum ostendisse* extimasse φ *in mg. m. r.* ..fac̄t$^s$

autem heredes tam hoc testamento, quam priore quod lectum est, matrem cum fratre, cui, *ut* uides, admodum puero *eandem* illam filiae suae machinam Rufinus admouet, ac mulierem aliquam multo natu maiorem, nuperrime uxorem fratris, misero puero obicit et obsternit.

At ille puellae meretricis blandimentis et lenonis patris XCVIII
illectamentis captus et possessus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre ad patruum commigrauit, quo facilius remotis nobis coepta perficerentur. fauet enim Rufino Aemilianus et prouentum cupit. ehem, recte uos ammonetis: etiam suam spem bonus patruus temperat in isto ac fouet, qui sciat intestati pueri legitimum ‖ magis quam iustum heredem futurum. nollem hercule hoc a me
(594) profectum: non fuit meae moderationis tacitas omnium suspiciones palam abrumpere: male uos qui suggessistis. plane quidem, si *uerum* uelis, multi mirantur, Aemiliane, tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam, postquam frater eius [Pontianus] est mortuus, cum antea tam ignotus illi fueris, ut saepe ne in occursu quidem filium fratris tui de facie agnosceres. at nunc adeo patientem te ei praebes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re aduersare, ut per haec suspicacioribus fidem

*prima*: .|. a se alienasse; *m. r. secunda*: ualde extraneã fecisse; *m. r. tertia*: extraneasse; exterminasse *cum. Colv. Kr.*

2 cui, ut uides,] cul; uides F$\varphi$ 3 eandem] tandem F$\varphi$ 4 aliquam *Salm. Oud. Bosscha cf.* p. 8. 12, 388 O., p. 8. 2 Kr. $\overset{\text{a/}}{\text{aliq}}$ $\varphi$ aliquem F alioqui *uulgo, ceteroquin etiam* aliquem *explicari poterit, cf.* Don. ad Ter. Ad. 4. 4. 27, Neue II³ 441. § 50 5 obicit F$\varphi$ 6 at] ait F$\varphi$ | meretricis F$\varphi$ | (*ut solet* F -iis *et* -ii *contrahere*) *item* lenonis F$\varphi$ lenoniis *Kr. cum Casaub.* 7 exinde F exhĩ $\varphi$ 9 cepta F$\varphi$ 10 ehem F hem $\varphi$ 11 ammonetis F | temperat F $\overset{\llcorner\text{at}\lrcorner}{\text{temperet}}$ $\varphi$ 12 $\overset{\text{ae (\textit{m.} 1)}}{\text{fouet}}$ F 13 hercule F$\varphi$ 14 hominum *Fulvius* 15 suspiciones F$\varphi$ | uos F$\varphi$ (*non* nos, *sed in* F *superior pars litterae* u *occlusa est*) 16 si uerum *Casaub.* si puerum F$\varphi$ 18 [Pontianus] *seclusit Kr.* 22 aduersare F $\overset{\llcorner\varphi\text{. ris}\lrcorner}{\text{aduersare}}$ $\varphi$

f. 124b. f. 23b. Ed. Oudend.

facias. inuestem a nobis accepisti, uesticipem ilico reddidisti: cum a nobis regeretur, ad magistros itabat: ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit, amicos serios p.109 Kr. aspernatur, cum adolescentulis postremissumis inter scorta et pocula puer hoc aeui conuiuium agitat. ipse domi tuae rector, ipse familiae dominus, ipse magister conuiuio: in ludo quoque gladiatorio frequens uisitor nomina gla- (595) diatorum et pugnas et uulnera plane quidem ut honestus puer ab ipso lanista docetur: loquitur nunquam nisi Punice et si quid adhuc a matre graecissat; enim Latine loqui neque uult neque potest. audisti, Maxime, paulo ante, | pro nefas, priuignum meum, fratrem Pontiani, diserti iuuenis, uix singulas syllabas fringultientem, cum ab eo quaereres, donassetne illis mater, quae ego dicebam me adnitente donata.

XCIX Testor igitur te, Claudi Maxime uosque qui in consilio estis uosque etiam qui tribunal mecum adsistitis, haec damna et dedecora morum eius patruo huic et candidato illo socero adsignanda, meque posthac boni consulturum, quod talis priuignus curae meae iugum ceruice excusserit, neque postea pro eo matri eius supplicaturum. nam, quod paenissime oblitus sum, nuperrime cum testamentum Pudentilla post mortem Pontiani filii sui in mala

1 cf. Tertull. de anima c. 56 (p. 390. 9 R.)

1 *mg.* F *repetit*: uesticipem | ilico F 2 magistro⌊ſ⌋≋⌊i⌋t abataliis F it.abat, abiis φ 4 postremis ſumis Fφ 5 conuiuio Fφ conuiuii *Kr.* 7 uisitor Fφ uisitur *Kr.* 8 honestus puer F puer honestus φ 10 enim Latine F *cf.* p. 121. 11, 596 O. p. 110. 1 Kr. latine enim φ ⟨at⟩ enim *Kr.* *cum Jahnio* 12 pro nefas F pro nephas φ 13 sillabos Fφ 14 donasetne F 17 uosq; F uos φ | adsistitis F ad ⌊ſ⌋ſistitis φ 19 illo Fφ 20 qd talis F qde talis φ 23 pudentilla F (*sed. corr. m. ant.* a *in* ę) pudentille φ

- Oudend. f. 124b. f. 23b.

ualetudine scri*beret*, diu sum aduersus illam renisus, ne hunc ob tot insignis contumelias, ob tot iniurias ‖ exhere- f. 125a. (596) daret. elogium grauissimum iam totum medius fidius perscriptum ut aboleret, impensis precibus oraui. postremo, ni impetrarem, diuersurum me ab ea comminatus sum: mihi hanc ueniam tribueret, malum filium beneficio uinceret, me inuidia omni liberaret. nec prius destiti quam ita fecit. doleo me hunce scrupulum Aemiliano dempsisse, tam inopinatam sem*itam* indicasse. specta quaeso, Maxime, 110 Kr. ut hisce auditis subito obstipuerit, ut oculos ad terram demiserit: enim longe sequius ratus fuerat, nec inmerito: mulierem filii contumeliis infestam, meis officiis deuinctam sciebat. de me quoque fuit quod timeret: quiuis uel aeque ut ego spernens hereditatis, tamen uindicari de tam inofficioso priuigno non recusasset. haec praecipue sollicitudo eos ad accusationem mei stimulauit: hereditatem omnem mihi relictam falso ex sua auaritia coniectauere. soluo uos in praeteritum isto metu. namque animum meum neque hereditatis neque ultionis occasio potuit loco demouere. pugnaui cum irata matre pro priuigno malo uitricus, ueluti pater pro optimo filio aduersus nouercam, nec satis fuit, ni bonae uxoris prolixam | liberalitatem f. 24a. (597) circa me nimio plus aequo coercerem.

Cedo tu testamentum iam inimico filio a matre factum, C me quem isti praedonem dicunt uerba singula cum precibus praeeunte. rumpi tabulas istas iube, Maxime: inuenies filium heredem, mihi uero tenue nescio quid ho-

1 scriberet φ scribseret F | aduersus Fφ 2 exteredaret F 4 orauit F orauit φ 5 diũſuru³ F diuisurum φ 6 uinceret *in* F *in ras. scriptum* uinceret φ 8 huncſe F huncce φ 9 semitam *uulgo* semet Fφ 11 sequſ F sequ⁹ φ | ratis F rat⁹ φ 12 infestam *Casaub.* infectam Fφ 13 quiuis Fφ quis *Kr.* 16 *post* mei *et post* hereditatem *rasura est, quia signum interpunctionis deletum est* 23 coercerem F cohercerem φ (*sed* h *deleta est*) 26 praeeunte³ Fφ

f. 125a. f. 24a. Ed. Oud.

noris gratia legatum, ne, si quid ei humanitus attigisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. cape istud matris tuae testamentum, uere hoc quidem inofficiosum. quidni? in quo obsequentissimum maritum exheredauit, inimicissimum filium scribsit heredem, immo enimuero non filium, sed Aemiliani spes et Rufini nuptias, sed temulentum illud collegium, parasitos tuos. accipe, inquam, filiorum optime, et positis paulisper epistulis amatoriis matris lege potius testamentum: si quid quasi insana scribsit, hic reperies et quidem mox ‖ a principio: 'Sicinius Pudens filius meus mihi heres esto.' fateor: qui hoc legerit, insanum putabit. hicine filius heres, qui te (598) in ipso fratris sui funere aduocata perditissimorum iuuenum manu uoluit excludere e domo quam ipsa donaueras, p.111 Kr. qui te sibi a fratre coheredem relictam grauiter et acerbe tulit, qui confestim te cum tuo luctu et maerore deseruit et ad Rufinum et Aemilianum de sinu tuo aufugit, qui *t*ibi plurimas postea contumelias dixit coram et adiuuante patruo fecit, qui nomen tuum pro tribunalibus uentilauit, qui pudorem tuum tuismet litteris conatus est publice dedecorare, qui maritum tuum, quem elegeras, quem, ut ipse obiciebat, efflictim amabas, capitis accusauit? aperi quaeso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis.

CI Quid abnuis, quid recusas, postquam sollicitudinem de hereditate materna reppulisti? at ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis abicio testorque, me deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat. ipse iam, ut libet, matrem suam de cetero exoret: mihi, ut ultra pro eo deprecer, locum non reliquit. ipse iam ut | sui potens ac uir acerbissimas litteras matri (599)

1 ei F φ (*non* eam) eam *Kr*. 2 istud] ista ut F φ 4 quini F φ 5 scribsit F 8 eptif F φ 12 insanum F φ insanam *Kr*. | hicine F hiccine φ 15 relictum F φ 18 tibi] ibi F φ 20 litteris F φ 26 reppulisti F repulisti (aPs) φ 27 abicio φ adicio F 30 reliquid F 31 acerbissimas

. Oudend. f. 125a. f. 24a.
dictet, iram eius deliniat: qui potuit perorare, poterit
exorare. mihi iam dudum satis est, si non modo crimina
obiecta plenissime dilui, uerum etiam radicem iudicii
huius, id est hereditatis quaesitae inuidiam funditus
sustuli.

Illud etiam, ne quid omnium praeteream, priusquam
peroro, falso obiectum reuincam. dixistis, me magna
pecunia mulieris pulcherrimum praedium meo nomine
emisse. dico, exiguum herediolum || sexaginta milibus f. 125b.
nummum ⟨*emptum*⟩, id quoque non me, sed Pudentillam
suo nomine emisse, Pudentillae nomen in tabulis esse,
Pudentillae nomine pro eo agello tributum dependi. praesens
est quaestor publicus, cui depensum est, Coruinius
112 Kr. Celer, uir ornatus: adest etiam tutor auctor mulieris, uir
grauissimus et sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus,
(600) nandus, Cassius Longinus. quaere, Maxime, cuius emptionis
auctor fuerit, quantulo pretio mulier locuples agellum
suum praestinarit.

[testimonium Cassi Longini tutoris et Coruini Clementis qR]

Estne ita ut dixi? uspiam in hac emptione nomen
meum ascriptum est? num ipsum heredioli pretium inuidiosum
est, num uel hoc saltem in me collatum?

litteras matri dictet *i. e. faciat quod ego feci et ipse testamenti uerba* (= acerbissimas litteras) *matri dictet. Apuleius autem tabulas testamenti ante pedes iudicis abiecerat. Frustra uiri docti haec crediderunt corrupta; post* dictet *Kr. inseruit* et | litteras F

3 3
6 p̄t̄ eum Fφ 7 magna *Salm.* magia Fφ 10 numu F nūmis φ | ⟨emptum⟩ *inserui* 13 Coruinius F (*non* Coruinus) 14 tu tutor φ *in mg.* F *enim m. p. sed antiqua scripsit* τu, *ut explicaret tractus primae syllabae uocabuli* tutor *litteris Longobardicis exarati: ea explicatio transiit in* φ; *idem factum est* p. 108. 4, 99. 1 17 *et* 22 Kr. p̄ti- Fφ 19 Casai Fφ [testimonium-] Estne *inclusit Acidalius; signum* qR *alii aliter explicant*: quaestoris, quod recitatum est. *Fortasse indicat:* quod requiritur 22 ascriptum Fφ (*in* φ *erasa est* d)

f. 125b. f. 24a. Ed. Oud.

CII Quid etiam est, Aemiliane, quod non te iudice refutauerim? quod pretium magiae meae repperisti, cur ego Pudentillae animum ueneficiis flecterem? quod ut ex ea commodum caperem? uti dotem mihi modicam potius quam amplam diceret? o praeclara carmina! an ut eam dotem filiis suis magis restipularetur quam penes me sineret? quid addi ad hanc magiam potest? an uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis *cum* donasset, quae nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi ⟨*nihil*⟩ quicquam impertiret? o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium? an ut testamento, quod (601) irata filio scribebat, filium potius cui offensa erat, quam me cui deuincta heredem relinqueret? hoc quidem multis f. 24b. cantaminibus difficile impetraui. putate, | uos causam non apud Claudium Maximum agere, uirum aequum et iustitiae pertinacem, sed alium aliquem prauum et saeuum iudicem substituite, accusationum fautorem, cupidum con- p. 113 Kr. demnandi: date ei quod ‖ sequatur, ministrate uel tantulam uerisimilem occasionem secundum uos pronuntiandi. saltim fingite aliquid, eminiscimini quod respondeatis, qui uos ita rogarit. et quoniam omnem conatum necesse est quaepiam causa praecedat, respondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillae magicis illectamentis adortum,

11 cf. Laber. 135.

2 repperisti F re⌊p⌋peristi *cf.* p. 122.26, 598 O. p. 111. 12 Kr. | ego] ergo F g̊ φ 5 diceret Fφ 8 condonasset Fφ cum donasset *Ősscha* condonaret *Pricaeus* 10 ⟨nihil⟩ *inserui cum Pricaeo* | imptiret Fφ impartiret *Kr.* 12 irata Fφ (*non* irato) 13 me cui] mecum Fφ 14 cantaminibus Fφ carminibus *Kr. cf.* p. 36.10, 452 O. p. 36. 1 Kr. 15 Cl. Maximum Fφ 17 sus⌊b⌋tituite F | fautorem (*inter* t *et* o *charta perforata est*) | cupidu$^{3}$ F | condempnandi F 20 saltim F salt⌊e$^{3}$⌋ φ | eminiscimini Fφ | *suspicor fuisse*: ⟨si⟩ qui uos interrogarit | qui Fφ *ad uerba* saltim — rogarit *mg.* F *adscr.* d 23 adhortum F adḥortum φ

quid ex ea petierit, cur fecerit. formam eius uoluerat?
negatis. diuitias saltem concupierat? negant tabulae
dotis, negant tabulae donationis, negant tabulae testa-
menti, in quibus non modo non cupide appetisse, uerum
etiam dure reppulisse liberalitatem suae uxoris ostenditur.
(602) quae igitur alia causa est? quid ommutuistis? quid
tacetis? ubi illud libelli uestri atrox principium nomine
priuigni mei formatum? 'hunc ego, domine Maxime, reum
apud te facere institui.' quin igitur addis 'reum magistrum, CIII
reum uitricum, reum deprecatorem'? sed quid deinde?
'plurimorum maleficiorum et manifestissimorum'. cedo
unum de plurimis, cedo dubium uel saltem obscurum de
manifestissimis. ceterum ad haec quae obiecistis numera
an binis | uerbis respondeam. 'dentes splendi*cas*': ignosce
munditiis. 'specula inspicis': debet philosophus. 'uersus
facis': licet fieri. 'pisces exploras': Aristoteles docet.
'lignum consecras': Plato suadet. 'uxorem ducis': leges
iubent. 'prior natu is*ta* est': solet fieri. 'lucrum secta-
tus es': dotalis ⟨*tabulas*⟩ accipe, donationem recordare,
testamentum lege. quae si omnia affatim retudi, si ca-
lumnias omnes refutaui, si me in omnibus non modo
criminibus, uerum etiam maledictis procul a culpa [philo-
(603) 114 Kr. sophiae] tutus sum, si philosophiae honorem, qui mihi
salute mea antiquior est, nusquam minui, immo contra
ubique si cum septem pennis eum tenui: si haec, ut dico,

5 reppulisse F re⌞p⌟pulisse φ *cf.* p. 122. 26, 598 O. p. 124. 2, 690 O. | hostenditur F 6 igitur] g̍ F | ommutuistis F 8 formormatum F 14 splendicas *scripsi cf. Met.* V 9, p. 101. 16, VII 8. 148. 1 splendidos Fφ *cf. Florid.* 15 O. p. 4. 13 Kr. splendidas *Lips.* „*fortasse* splendificas" *Kr.* 15 munditiis Fφ 18 prior natu is⟨ta⟩ est *scripsi cum Hild.* prior natu is est F *in* φ *ad* is *in mg. adscriptum est*: IS refert ad feīam [f. pudētillam; posterior natus es *Kr.* 19 dotalis ⟨tabulas⟩ *scripsi cf.* 125. 2 20 affatim *in* F *corr. est ex* anfatim 22 [philosophiae] *seclusit Bosscha* 23 tutus sum Fφ tuitus sum *Kr.* 25 si cum septem pennis Fφ *nolui librorum lectionem*

f. 125b. f. 24b. Ed. Oudend.

**ita sunt, | possum securus existimationem tuam reuereri (604) quam potestatem uereri, quod minus graue et uerendum (605) mihi arbitror a proconsule damnari, quam si a tam bono tamque emendato uiro improber.**

Dixi.

***mutare habita ratione fragmenti Lucilii (Lib.*** **III 69 *ed. L. M.*) ille alter cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.** ***De Apuleio Lucilii imitatore cf.*** Gatscha. Quaest. Apuleian. p. 15 si consaeptum penitus *Kr. cum Wowero* circumsaeptus pinnis *Colvius* si conseptum pinnis *Salmas.*

3 ac F aç φ | pcoſ F pcōſ φ 4 improber φ improbe F improbrer *Salmas.* 5 dixi ***non deest in φ In fine libri*** F ***habet*** APVLEI PLATONICI MADAVREN|SIS· PROSÆ: DE MAGIA LIB. II. Expt. | Ego ſalustius em̄daui rome felix, ***in φ haec sunt ultima*** *APVLEI PLA|TOHICI MADAVREN SIS PROSAE|DE MAGIA LIB. II. EXP|. Ego Salustius| EMENDAVI ROME FELIX. APVLEJ' META . J'*

# INDEX NOMINVM

---

# INDEX VERBORVM.

P



Q

# L. APVLEI MADAVRENSIS
# FLORIDA

Ed. Oudend. uol. II. p. 1 Kr.

Laur. LXVIII 2 f. 184a. Laur. XXVIIII 2 f. 73b.

(2) Vt ferme religiosis uiantium moris est, cum aliqui lucus aut aliqui locus sanctus in uia oblatus est, uotum (3) postulare, pomum adponere, paulisper adsidere: ita mihi ingresso sanctissimam istam ciuitatem, quanquam oppido festine*m*, praefanda uenia et habenda oratio et inhibenda (4) properatio est. neque enim iustius religiosam moram uiatori obiecerit aut ara floribus redimita aut spelunca frondibus inumbrata aut quercus cornibus onerata aut (5) fagus pellibus coronata, uel enim colliculus sepimine consecratus uel truncus dolamine effigiatus uel cespes liba- (6) mine umigatus uel lapis unguine delibutus. parua haec quippe et quanquam paucis percontantibus adorata, ⟨*plerisque*⟩ tamen ignorantibus transcursa. I

* * * At non itidem maior meus Socrates, qui cum decorum adulescentem et diutule tacentem conspicatus foret: 'ut te uideam', inquit, 'aliquid et loquere.' sci- II

In fine Metamorphoseon φ habet: APVLEJ PLATONICI FLORIDOꝝ lib. J'. In F m. 2 *add.* FLORIDORVM LIBER I.

1 *et* 2 aliqui (s supra) φ | lucus aut — locus *cf.* Apolog. p. 72. 2, 519 O. p. 66. 16 Kr. | inuia F, *post* pomum φ *habet lacunam uiginti fere litterarum* 3 apponere φ | assidere φ² 5 festinem *Kr. cum Oud.* festine Fφ *cf.* 100 O. p. 35. 4 Kr. (Flor.) 7 obecerit (i supra) F | aut] au φ 8 frondibus φ² floribus F 11 umigatus Fφ fumigatus F²φ² *Kr. cf.* Gloss. Labb. humigatus βεβρεγμένος 12 pcontantib; F | adora (ta supra) F | ⟨plerisque⟩ *expleui* ⟨plurimis⟩ *Rohde* paulisper cunctantibus *Kronenb.* 15 adolescentem φ 16 & loquere F loquere φ eloquere *Kr.*

f. 184a. f. 78b. Ed. Oudend.

licet Socrates tacentem hominem non uidebat: etenim p. 2 Kr arbitrabatur homines non oculorum sed mentis acie et animi obtutu considerandos. nec ista re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.

immo enimuero hunc uersum ille ad examinandos homines conuerterat:

pluris est auritus testis unus quam oculati decem.

ceterum si magis pollerent oculorum quam animi iudicia, (7) profecto de sapientia foret aquilae concedendum. homines enim neque longule dissita neque proxume adsita possumus || cernere, uerum omnes quodam modo caecutimus: ac si ad oculos et obtutum istum terrenum redigas et hebetem, profecto uerissime poeta egregius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos effusam, nec cernere nos nisi intra lapidis iactum ualere. aquila enimuero cum se nu- (8) bium tenus altissime sublimauit euecta alis totum istud spatium, qua pluitur et ninguitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso, ut ita dixerim, solo aetheris et fastigio hiemis: cum igitur eo sese aquila extulit, nutu clementi laeuorsum uel dextrorsum tanta

5 Plaut. Trucul. II 6. 8.
12 Hom. Il. Γ 12.

3 obtutu F | Plauno|mi‿lite F (ti (*m.* 1.) supra; *separauit et iunxit m. r.*) *in mg.* platin? 6 inuno φ | examinandos] examandas F¹ examandos (i supra) *m.* 3 ex⁼amandos (in supra) φ 7 conuerterat Fφ conuerteret *Kr. cum Scaligero*; *in* φ conuerterat *praecedit* ad. ex. hom. 11 proxime φ 12 quoddam modo F quod⌊a⌋ modo (3 supra) | cecu (*ras. in qua conspicitur* s) timus F cecutimus φ 13 optutum Fφ¹ | ⟨cuncta⟩ redigas *Rohde* 14 poeta F (a *ex* e *corr. uid.*) 15 oboculos F oboculos (ante supra) φ 17 sublimabit F sublimabit (v supra) φ 19 ne⌊c⌋⁼⌊f⌋ulmin⌊i⌋⁼ F | ut ita φ uita (t supra) F 20 hiemis *cdd.* aeris *Rohde, recte, quod uidetur* 21 lεuorsum F

mole corporis labitur, uelificatas alas quo libuit aduertens modico caudae gubernaculo, inde cuncta despiciens *eminus*, *inhibens* pinnarum indefessa remigia ac paulisper cunctabundo uolatu paene eodem loco pendula circumtuetur et quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese
(9) ruat fulminis uicem, de caelo inprouisa simul campis
p. 3 Kr. pecua simul montibus feras simul | homines urbibus uno f. 74a.
optutu sub eodem impetu cernens, unde rostro transfodiat, unde unguibus inuncet uel agnum incuriosum uel leporem meticulosum uel quodcunque *animatum esui* uel laniatu*i* fors obtulit.

(10) Hyagnis fuit, ut fando accepimus, Marsyae tibicinis III
pater et magister, rudibus adhuc musicae saeculis sol*ers* ante alios cantus canere, nondum quidem tam in*fl*ex*o* anima*e* sono nec tam pluriformi modo nec tam multiforatili tibia: quippe adhuc ars ista repertu nouo com-
(11) modum oriebatur. nec quicquam omnium est quod possit
in primordio sui perfici, sed in omnibus ferme ante est spei rudimentum quam rei experimentum. prorsus igitur ante Hyagnin nihil aliud plerique callebant, quam Vergilianus upilio seu busequa:

stridenti miserum stipula disperdere carmen.

3 Verg. Aen. I 301 VI 19.
22 Verg. ecl. III 27.

3 eminus *transposui, in cdd. est post* pinnarum inhibens *Heinsius* ibidem Fφ | remigia Fφ remigio *Kr. cum Scaligero* 5 quorsus F | se seruat F se ⌊p⌋ruat φ 6 uicem Fφ$^{1}$ uice φ$^{2}$ 7 urbibus homines *Oud.* 8 optutu F *cf.* 146. 3 *et* 13, 6 O. *et* 7 O. p. 2. 2 *et* 9 Kr. (Flor.) 10 animatum esui *Scriverius* esui am̃atū Fφ | laniatui *Dousa, Kr.* laniatum Fφ 11 obtulit F optulit φ 12 Hiagnis Fφ$^{2}$ | Marsie Fφ 13 solers *Lips.* solus *cdd. Kr. sustuli interpunctionem ante solers;* solitus *Coluius* 14 cantus Fφ catus *Kr. cum Coluio* | inflexo animae *Kr.* infexa anĩa F infixa anima φ 15 tam] tam̄ F tamen φ | pluriformi F$^{2}$ (*fuit* pluriformis) | tam̄ F tamen φ 16 tybia F | arę F$^{1}$ 17 posit F$^{1}$ 18 ferme *in* φ *add. m.* 2 20 Hiagni Fφ | Vergilianus Fφ 21 hupilio F$^{1}$ opilio F$^{2}$ upilio φ$^{2}$ *cf.* Met. VIII 1 p. 163. 14, Apol. p. 16. 3, 407 O., p. 16. 6 Kr. | busequa F$^{1}$ bussequa F$^{2}$

f. 184a. f. 74a. Ed. Oudend.

f. 184b. quod si quis uidebatur paulo largius in arte ‖ promouisse, ei quoque tamen mos fuit una tibia uelut una tuba personare. primus Hyagnis in canendo manus discapedinauit, primus duas tibias uno spiritu animauit, primus laeuis et dexteris foraminibus, acuto tinnitu et graui bombo, concentum musicum miscuit. eo genitus Marsyas cum in artificio patrissaret tibicinii, Phryx cetera et barbarus, (12) uultu ferino, trux, hispidus, inlutibarbus, spinis et pilis obsitus fertur — pro nefas — cum Apolline certauisse: p. 4 Kr. teter cum decoro, agrestis cum erudito, belua cum deo. Musae cum Minerua dissimulamenti gratia iudices ad- (13) stitere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariam nec minus ad stoliditatem puniendam. sed Marsyas, quod stultitiae maximum specimen, non intellegens se deridiculo haberi, priusquam tibias occiperet inflare, prius de se et Apolline quaedam deliramenta barbare effutiuit, laudans sese, quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus et arte tibicen et fortuna egenus: contra Apollinem — ridiculum dictu — aduersis uirtutibus (14) culpabat, quod [Apollo] esset et coma intonsus et genis gratus et corpore glabellus et arte multiscius et fortuna opulentus. ‘iam primum’, inquit, ‘crines eius praemulsis

5 cf. Met. X 31 p. 248. 12; Catull. 64. 262.
7 Auson. epist. 26. 9 p. 273. 9 (Peiper)
8 Met. III 8 p. 52. 19 et Terent. Eun. 236.
12/13 cf. Met. II 4, 25. 1, IV 29 p. 90. 11.

1 longius *Scioppius* 3 Hiags φ 4 leuis Fφ 6 Marsias Fφ 7 Prhyx F prhix φ 8 trux, hispidus] hispidus, trux *Auson. Epist.* 26. 9 p. 273 | inlutibarbạr — bus F (bạr *est m.* 1, *expunxit m.* 2) illutibarbus φ (*prior pars vocabuli corr. in ras.*) 10 teter $φ^2$ aeser F (*post unam litteram erasam, in mg.* $\overset{e}{c}$. aeger *scr. m. r.*) 11 astitere φ 12 barbariē φ 13 pęniendam F | Marsias φ 14 intelligens φ 15 *post* inflare *in* F *una littera erasa* 16 effuttiuit Fφ 17 *post* barba *in* F s *erasa est* 18 fortunę genas $F^1$ fortuna egenas $F^2$ fortuna egens $φ^2$ 20 [Apollo] *seclus. Kr.* | intonſuſ ſet F 22 p̄mulsis F

antiis et promulsis caproneis anteuentuli et propenduli,
(15) corpus totum gratissimum, membra nitida, lingua fatidica,
seu tute oratione seu uersibus malis, utrobique facundia
aequipari. quid quod et uestis textu tenuis, tactu mollis,
purpura radians? quid quod et lyra eius | auro fulgurat,
ebore candicat, gemmis uariegat? quid quod et doctissime
(16) et gratissime cantilat?' 'haec omnia', inquit, 'blandimenta
nequaquam uirtuti decora, sed luxuriae accommodata':
contra corporis sui qualitatem prae se maximam speciem
ostentare. risere Musae, cum audirent hoc genus crimina
sapienti exoptanda || Apollini obiectata, et tibicinem illum
certamine superatum uelut ursum bipedem corio exsecto
nudis et laceris uisceribus reliquerunt. ita Marsyas in
poenam cecinit et cecidit. enimuero Apollinem tam humilis uictoriae puditum est.

(17) Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis uoculae mel- IV
p. 5 Kr. leus modulator et idem omnimodis peritus modificator,
seu tu uelles Aeolion simplex siue *Iastium* uarium seu
Lydium querulum seu Phrygium religiosum seu Dorium
bellicosum. is igitur cum esset in tibicinio adprime nobilis, nihil aeque se laborare et animo angi et mente

1 et *ante* promulsis *in* F *deletum est* anteuentili F *cf.* Met. IX 30 p. 211. 1 3 *fortasse ante* malis *excidit* experire (*cf. tamen infra us.* 18 19, O. p. 5. 1 Kr. (Flor.) 4 mo⌊l⌋lis F 5 lira φ | fulgurāt φ 6 can⌊c⌋didat F candicat φ *cf.* Apol. 125. 14, 602 O. p. 113. 18 Kr. 7 cantilat Fφ *cf.* Met. IV 8, p. 73. 27 *et* Florida 80 O. p. 27. 8 Kr. cantillat *Kr.* 8 sed] se φ 9 pra ese φ | spēm φ 12 exsecto F 13 Marsias φ 14 ceci⌊n⌋nit F cec⌊cecidit⌋init φ 18 seutuuelleseolion φ *distinxit in mg. m. r.* eolion F | siue F seu *Kr.* | Iastium *Glareanus cf.* Mart. Capell. IX 935 *et* Met. IV 33, p. 93. 21, X 31, p. 248. 5 *ubi cdd. habent* lastia, *hic* Fφ *dant* Asii 19 Lidium Fφ | querulum F | phiriogiū φ (*in mg.* c. coricū) 20 intybicinio F | atprime F adprime φ *cf.* 80 O., p. 27. 7 Kr. (Flor.)

f. 184b. f. 74a. Ed. Oudend.

dicebat, quam quod monumentarii ceraulae tibicines dicerentur. sed ferret aequo animo hanc nominum com- (18) munionem, si mimos spectauisset: animaduerteret illic paene simili purpura alios praesidere, alios uapulare: itidem si munera nostra spectaret: nam illic quoque uideret hominem praesidere, hominem depugnare, togam quoque parari et uoto et funeri, item pallio cadauera operiri et philosophos amiciri.

V * * * Bono enim studio in theatrum conuenistis, ut qui sciatis non locum auctoritatem orationi derogare, sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. nam si mimus est, riseris, si funerepus, timueris, si comoedus est, faueris, si philosophus, didiceris.

VI Indi, gens populosa cultoribus et finibus maxima, (19) procul a nobis ad orientem siti, prope oceani reflexus et solis exortus, primis sideribus, ultimis terris, super Aegyptios eruditos et Iudaeos superstitiosos et Nabathaeos mercatores et fluxos uestium Arsacidas et frugum pauperes Ityraeos et odorum diuites Arabas: eorum igitur Indorum non aeque miror eboris strues et piperis messes et cinnami merces et ferri temperacula et argenti metalla f. 185a. et auri fluenta, ‖ nec quod Ganges apud eos unus omnium f. 185a. amnium maximus

eois regnator aquis in flumina centum p. 6 Kr.
discurrit, centum ualles illi oraque centum,
oceanique fretis centeno iungitur amni, (20)

13 cf. infra c. XVIII 83 O., p. 28. 7 sqq. (Kr.).
24 Stat. Silu. II 4. 25; Plin. nat. hist. VI 18. 65.

1 quam *in* F *supra uersum add. m.* 1 ſ& φ 2 coionem φ 9 *in* F *nullum distinctionis uestigium extat* 12 funere plus F[1] funereus plus F[2]φ[1] funerepus *mg.* φ *cf.* p. 179. 10, 83 O., p. 28. 8 Kr. (Flor.) 13 comoedus *Modicus* comoedia Fφ 14 indigens F (*separauit m. r.*) 15 siti φ *ex* sitis *corr.* 16 siderebus F 17 egiptios φ | iudos φ | Nabatheos Fφ 19 ſityrꝗoſ F(ſ *erasum est*) Itireos φ 21 merces Fφ meredes *Kr.* 23 ˪ā˩niū φ

1. Oudend. f. 185a. f. 74a.

nec quod isdem Indis | ibidem sitis ad nascentem diem tamen in corpore color noctis est, nec quod apud illos immensi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant: quippe ⟨*hi*⟩ lubrico uolumine indepti reuinciunt, *ut* illis expedire gressum nequeuntibus uel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas necesse sit ultionem a ruina molis suae petere ac retentores suos toto corpore oblidere. sunt apud illos et uaria colentium genera. libentius *enim* de miraculis hominum quam naturae disseruerim. est apud illos genus, qui nihil amplius quam bubulcitare f. 74b.
(21) nouere, idque adgnomen illis 'bubulcis' inditum. sunt et mutandis mercibus callidi et obeundis proeliis strenui uel sagittis eminus uel ensibus comminus. est praeterea genus apud illos praestabile: gymnosophistae uocantur. hos ego maxime admiror, quod homines sunt periti non propagandae uitis nec inoculandae arboris nec proscindendi soli: non illi norunt aruum colere uel aurum colare uel equum domare uel taurum subigere uel ouem uel capram tondere uel pascere. quid igitur est? unum pro his om-
(22) nibus norunt: sapientiam percolunt tam magistri senes

10—13 Solin p. 204. 20 Momms.

1 isdem F$\varphi$ 2 quod *in* $\varphi$ *mutatum est in* q', aput F$\varphi^1$ apud $\varphi^2$ 3 elefantis F (*m.* 1 *corr.* f *in* ph) 4 quippe[illegible] F *suspicor in ras. fuisse*: hi, lubri|co[illegible] F 5 ut *Floridus* et F$\varphi$ 6 neq̃unti. b; F (*non* -q-) neq)ũntibus $\varphi$ 7 sit F$\varphi$ fit *Kr. cum Heinsio* 9 enim, *scripsi* ego F$\varphi$; *Kr. uerba* sunt — genera *post* libentius — disseruerim *locata uult* 11 genus homiuum $\varphi$ 12 idque adgnomen *scripsi cf. infra* 152. 15, 23 O., p. 7. 8 Kr.(Flor.) *et* Apol. 72. 5, 519 O., p. 66. 19 Kr. idq; adco|gnomen F (*quae scriptura orta est ex duplici lectione* ad) idque adeo cognomen *Lipsius* adcognomen *Rohde* | 13 p̄liis F$\varphi$ 14 cōminus F cominus $\varphi$ 15 Gimnosophiste $\varphi$ 17 inoculand⌊e⌋ſ F (ſ *erasa est*) inoculandas $\varphi$ | arbores $\varphi$ 19 domare *corr. m.* 2 *ex* donare F

f. 185a. f. 74b. Ed. Oud.

quam discipuli iuniores. nec quicquam aeque penes illos laudo, quam quod torporem animi et otium oderunt. igitur ubi mensa posita, priusquam edulia adponantur, omnes adulescentes ex diuersis locis et officiis ad dapem conueniunt: magistri perrogant, quod factum a lucis ortu p. 7 Kr. ad illud diei bonum fecerint. hic alius se commemorat inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione amicos ex infensis reddidisse: itidem alius sese parentibus quaepiam imperantibus oboedisse, et alius aliquid meditatione sua repperisse uel alterius demonstratione didicisse: denique ⟨*cetera*⟩ ceteri commemorant. qui nihil habet adferre cur prandeat, inpransus ad opus foras extruditur.

VII Alexandro illi, longe omnium excellentissimo regi, cui (23) ex rebus actis et auctis cognomentum magno inditum est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur — nam solus ⟨*a*⟩ condito aeuo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus (24) fortuna sua maior fuit, suc|cessusque eius amplissimos et prouocauit ut strenuus et aequiperauit ut meritus et superauit ut melior solusque sine aemulo clarus, adeo ut nemo eius audeat uirtutem uel sperare, fortunam uel optare —, eius igitur Alexandri multa sublimia facinora et praeclara edita fatigaberis admirando uel belli ausa uel domi prouisa, quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suauissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare. sed cum primis Alexandri illud prae-

2 quam *in* $\varphi$ *add. m.* 2  3 priusquam F (*non* -prius) | apponantur $\varphi$  4 adolescentes $F^2\varphi$  6 fecerit $F^1\varphi$  8 suspicione F suspitione $\varphi$ | 9 infensi $F^1$ infensi $F^2$ infensius $\varphi$  10 obedisse F  11 ⟨cetera⟩ ceteri *scripsi* ceteri F  12 *post* commemorant *in textu nullum lacunae uestigium* | addferre F (dd *m. primae debentur*)  14 Alexandri illius — excellentissimi regis *Becichemius*  17 ⟨a⟩ *uulgo inseritur*  19 amplissimos $\varphi^2$ amplissimus $\varphi^1$ amplissimo F  21 solusque] *suspicor scribendum* melior, solus[que]  24 fatigaueris $F^1\varphi$  27 illustrare $\varphi$ | cum primus F$\varphi$

I. Oudend. f. 185a. f. 74b.

clarum, quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit a multis artificibus uulgo contaminari, sed edixit uniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temere adsimularet aere, colore, caelamine: quin saepe solus eam Polycletus aere duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, (25) solus Pyrgoteles caelamine excuderet: praeter hos tris multo nobilissimos in suis artificiis si quis uspiam reppe-p. 8 Kr. riretur alius sanctissimae imagini regis manus admolitus, haud secus in eum quam in sacrilegum uindicaturum. eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut ubique (26) imaginum sim*il*is ‖ esset, utique omnibus statuis et tabulis f. 185b. et toreumatibus idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma uiridis iuuentae, eadem gratia relicinae frontis cerneretur. quod utinam pari exemplo philosophiae edictum ualeret, ne qui imaginem eius temere adsimularet, uti pauci boni artifices, idem probe eruditi omnifariam sapientiae studium contemplarent, neu rudes, sordidi, imperiti pallio tenus philosophos imitarentur et disciplinam regalem tam ad bene dicendum quam ad bene uiuendum repertam male dicendo et similiter uiuendo contaminarent: quod utrumque scilicet perfacile est. quae enim facilior res quam linguae rabies et uilitas morum, alterum ex aliorum contemptu, alterum ex sui? nam uiliter semet ipsum colere sui contemptus

4 adsimularet F¹ assimularet F²φ | saepe *suspectum uidetur, fortasse fuit* semper; quippe *Heins.* [saepe] *Wower* 5 Policlite⌊v⌋ſ F Policlitus φ¹ Policletus φ² | deliniaret F 6 Pirgoteles φ | hostris F *corr. in* hostiſſ, *superscr. m.* 3 tri 7 repperiretur F 11 similis *Floridus* simus Fφ | utique Fφ | et *post* tabulis *om.* Fφ 12 toreumatibuſ F (*i. e.* toreumatis) *cf.* Apol. 9. 12 poematibus | ingenium F (..*posuit m.* 2) 13 honoris] herois *Colvius* 14 relicina *cf.* p. 148.17 15 qui F 16 adsimularet Fφ adsimularent *Kr.* | boni pauci φ 17 idē Fφ | contemplarent F 20 maledicendo F 22 res ⌊u⌋ F res est φ qm̄ φ¹ (m *in ras.*) 23 al̄ (bis) F alt̄ φ altera *Kr.*

f. 185b. f. 74b. Ed. Oudend.
est, barbare alios insectari audientium contumelia est.
an non summam contumeliam uobis imponit, qui uos (27)
arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui uos
existimat mala et uitiosa uerba non intellegere aut, si
intellegatis, boni consulere? quis ex rupiconibus, baiolis,
tabernariis tam infans est, ut, si pallium accipere uelit,
⟨*non*⟩ disertius maledicat?

VIII * * * Hic enim plus sibi debet quam dignitati, quan-
f. 75a. quam nec haec illi sit cum aliis promiscua. nam ex
innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci |
nobiles genere et ex iis ⟨*pauci consulares et ex*⟩ consu- (28)
laribus pauci boni et adhuc ex bonis pauci eruditi. sed p. 9 Kr.
ut loquar de solo honore, non licet insignia eius uestitu
uel calceatu temere usurpare.

IX Si quis forte in hoc pulcherrimo coetu ex illis inuiso-
ribus meis malignus sedet, quoniam ut in magna ciuitate
hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare ma-
lint quam imitari, et quorum similitudinem desperent,
eorundem adfectent simul||tatem, scilicet uti qui suo nomine (29)
obscuri sunt, meo innotescant: si qui igitur ex illis liui-
dineis splendidissimo huic auditorio uelut quaedam macula
se immiscuit, uelim paulisper suos oculos per hunc in-
credibilem consessum circumferat, contemplatusque fre-
quentiam tantam quanta ante me in auditorio philosophi
nunquam uisitata est, reputet cum animo suo, quantum
periculum conseruandae existimationis hic adeat, qui con-
temni non consueuit, cum sit arduum et oppido difficile,

2 an] at φ 3 optimi cuiusque maledictis φ 4 intelligere φ 5 intelligatis φ 6 ut] quin *Fuluius* 7 ⟨non⟩ *inserui*; *Kr.* non *inserit post* disertis | disertius Fφ disertis *Kr.* 8 sibi *Colvius* tibi Fφ *Kr.* 11 iis F his φ | ⟨pauci consulares et ex⟩ *suppleuit Gronovius* 15 pulcerrimo φ | ex illis] exilis F 16 malignus Fφ malignis *Kr.* | qm̄ F 19 affectent φ 20 siquis φ | liuidineis *scripsi cum Grutero et Salmas.* libidinis Fφ *eadem corruptela obtinet* Met. IX 12, p. 197. 16 22 ut ⌞ueli⌟ I n paul; f p F uelim F paulisper φ 26 contempni φ

Oudend. f. 185b. f. 75a.

uel modicae paucorum expectationi satisfacere: praesertim mihi, cui et ante parta existimatio et uestra de me benigna praesumptio nihil [non] quicquam sinit neglegenter ac de summo pectore hiscere. quis enim uestrum mihi unum soloecismum ignouerit? quis uel unam syllabam barbare pronuntiatam donauerit? quis incondita et uitiosa uerba temere quasi delirantibus oborientia permiserit blaterare? quae tamen aliis facile et sane meritissimo ignoscitis. meum uero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis, (30) cum torno et coturno uerum compro*b*atis. tantum habet uilitas excusationis, dignitas difficultatis. adgnosco igitur difficultatem meam nec deprecor, quin sic existimetis. nec tamen uos parua quaedam et praua similitudo falsos .0 Kr. animi habeat, quoniam quaedam, ut saepe dixi, palliata mendicabula obambulant. praeco proconsulis et ipse tribunal ascendit, et ipse togatus illic uidetur; et quidem perdiu stat aut ambulat aut plerumque contentissime clamitat: enimuero proconsul ipse moderata uoce rarenter et sedens loquitur et plerumque de tabella legit: quippe praeconis uox garrula ministerium est, proconsulis autem || (31) tabella sententia est, quae semel lecta neque augeri littera f. 186a.

1 *post* expectationi *in* F n *erasa esse uid.* 3 nihil [non] quicquam *scripsi cum Scriverio* nihil ñ quicquam F φ nihil nequicquam *Kr. cum Scaligero* | [neglegenter] *Kr.* 4 ac F (*corr. ex* ad) *omis.* φ 5 sillabam F φ 7 blaterare F 8 qua & amen F qua (a *ex corr.*) tamen φ | facile F *ex corr. ultima pars uocabuli fuit* ri, *quae cetera fuerint non dispicio*

9 unũ qđq$^3$ F 11 coturno F φ cothurno *Kr.* circino *Becichemius* | uerum F φ ad uerum *Kr. cum G. Vossio* | comprobatis *scripsi cf.* p. 183.10, 90 O., p. 31. 8 Kr. (Flor.) „experiundo comprobaui"; *inuersa ratione erratum est infra* p. 158. 18, 38 O., p. 12. 10 (Flor.) comparatis F φ 12 utilitas F φ | agnosco φ 15 palleata F φ 16 praeco proconsulis *scripsi cum Rohdio, sicut* Apolog. p. 103.6, 570 O., p. 94. 9 Kr. „pro tribunali proconsulis", *utrobique* F φ *habent* ꝓcōſ, *Kr. cum Hild.* <ceu> proconsul | ipse *in* φ *addidit m.* 2 18 contēptissime φ 19 ꝓcōſ, F φ | mod'ata F

f. 186b. f. 75a. Bd. Oudend

una neque autem minui potest, sed utcunque recitata est, ita prouinciae instrumento refertur. patior et ipse in meis studiis aliquam pro meo captu similitudinem. nam quodcunque ad uos protuli, exceptum ilico et lectum est, nec reuocare illud nec *au*tem mutare nec emendare mihi inde quidquam licet. quo | maior religio dicendi habenda est, et quidem non in uno genere studiorum. plura enim mea extant in Camenis quam Hippiae in opificiis operibus. quid istud sit, si animo attendatis, diligentius et accuratius disputabo.

Et Hippias e numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli secundus: aetas illi cum Socrate, patria Elis, genus ignoratur: gloria uero magna, fortuna modica, sed ingenium nobile, memoria excellens, studia uaria, aemuli multi. uenit Hippias iste quondam certamine Olympio Pisam, non minus cultu uisendus quam elaboratu mirandus. omnia secum quae habebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confecerat, et indumenta, quibus indutus, et calciamenta, quibus erat inductus, et gestamina, quibus erat conspicatus. habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo p.11 K (32)

11 *sqq. cf.* Plat. Hipp. min. 368 B.

4 excerptum Fφ   5 nec autem *Kr. cum Lipsio* nec ame Fφ   quidquam F | est habenda φ   8 extant mea φ | [operibus] *Wower* opera *uulgo*   9 āmo F
APVLEI PLATONICI FLORIDORV̄ L̄ĪB̄ · I · ЄXptjc. INCIP · II · F — APVLEII · PLATONICI FLORIDORVM LIBER PRIMVS EXPLICIT . INCIPIT SCDS φ
13 patria Elis *Ant. Quaerengus* patrię|liſ F *cf.* 157.23, 36 O, p. 11.17 Kr. (Flor.) patruet φ   15 uenst F (uen *fere euanidum*) ueni φ   16 olimpio φ   18 memorat Fφ[1]   19 calciamenta F   20 inductus F *cf.* Met. II 28, p. 43, 16; VIII 27, p. 184. 15; IX 21, p. 203. 24; XI 8, p. 258. 2 | conspicuus *uulgo* conspicatus Fφ   21 interulam *uulgo* interuiam Fφ

Oudend. f. 186a. f. 75a.

(33) textu, triplici licio, purpura duplici: ipse eam sibi solus
domi texuerat. habebat cinctui balteum, quod genus
pictura Babylonica miris coloribus uariegatum: nec in hac
eum opera quisquam adiuuerat. habebat amictui pallium
candidum, quod superne circumiecerat: id quoque pallium
*com*peri*or* ipsius laborem fuisse. etiam pedum tegumenta
crepidas sibimet compegerat, etiam anulum in laeua
(34) aureum faber||rimo signaculo quem ostendebat: ipse eius
anuli et orbiculum circulauerat et palam clauserat et
gemmam insculpserat. nondum omnia eius commemoraui.
enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum est ostentare, qui magno in coetu praedicauit,
fabricatum semet sibi ampullam quoque oleariam, quam
(35) gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rutunditate, iuxtaque honestam strigileculam, recta fastigatione
cylaulae †, flexa tubulatione ligulae, ut et ipsa in manu
(36) capulo moraretur et sudor ex ea riuulo laberetur. quis autem non laudau*er*it hominem tam numerosa arte multiscium, totiugi scientia magnificum, tot utensilium peritia daedalum? quin et ipse Hippian laudo, sed ingenii eius fecunditatem malo doctrinae quam supellectilis multiformi instrumento aemulari: fateorque me sellularias quidem artes
minus callere|, uestem de textrina emere, baxeas istas de f. 75b.
sutrina praestinare, enimuero anulum nec gestare, gemmam

2 bateu (*corr. ex* bateo) 3 Babilonica 4 hoc eum opere *Oudend.* 6 comperior ipsius *Goldbacher cf.* p. 166. 4, 18. 5 Kr. coptoris ipsius F$\varphi$ *fortasse in* ris *latent reliquiae substantiui in* -toris: „oratoris *fortasse*“ *Kr.* | tegumento *Rohde* 7 crepidas *seclusit Kr.* | compeierat F$\varphi^1$ compegerat $\varphi^2$ 8 faber|rimoſ ignaculo F | ostendebat $F^1$ ostentabat $F^2\varphi$ 9 palam *uulgo* paliē F$\varphi$ pyelen *Oud.*; *fortasse fuit* pyelidem 12 incęptu F 13 semet sibi F sibimet $\varphi$ | ampollam F 14 p̄ſſula F | rutunditate F 15 fastigatione F fatigatiē $\varphi^1$ fatigatione $\varphi^2$ 16 cylaulę F$\varphi$ clausulae *uulgo* 18 laudauerit *Kronenb.* laudabit *Wower* laudauit F$\varphi$ *Kr.* 19 daedalum *scripsi* dedalu [3] F Daedalum *Kr.* | et Hippian $F^2$ 23 de textrinę mere $F^1$ *cf.* p. 156. 13, 32 O., p. 10. 14 Kr. (Flor.) de textrina emere $F^2\varphi$

f. 186a. f. 75b. Ed. Oude

et aurum iuxta plumbum et lapillos nulli aestimare, strigilem et ampullam ceteraque balnei utensilia nundinis mercari. prorsum enim non eo infitias, nec radio nec p. 121 subula nec lima nec torno nec id genus ferramenta uti nosse, sed pro his praeoptare me fateor, uno chartario (37) calamo me reficere poemata omnigenus apta uirgae, lyrae, socco, cothurno, item satiras ac griphos, item historias uarias rerum nec non *o*rationes laudatas disertis nec non dialogos laudatos philosophis atque haec et alia eiusdem modi tam graece quam latine, gemino uoto, pari studio, simili stilo. quae utinam possem equidem non singillatim ac discretim, sed cunctim et coaceruatim tibi, proconsul *uel* optime, offerre ac praedicabili testimonio tuo ad omnem (38) nostram Camenam frui! non hercule penuria laudis, quae mihi dudum integra et florens per omnes antecesf. 186b. sores tuos ad te reseruata est, sed quoniam nulli me probatiorem uolo, quam quem ipse ante omnis merito probo. enim sic natura comp*ar*atum est, ut eum quem laudes etiam ames, porro quem ames etiam laudari te ab

1 nihili *Burmann* 2 ampollam Fφ 3 prorsum F 4 ferramenta F (ta *in* tis *corrigere uoluisse uid. emendator, ita* $\alpha_5$ α) | ut|inosse F uti nosse φ² *in ras.* 6 reficere F | uirgae F | lire φ 7 coturno Fφ *cf.* 155.11, 29 O., p. 9.18 Kr. (Flor.) cothurno *Kr.* | satiras ac griphos] satyra sacreppus F satira sacreppus φ | istorias Fφ 8 orationes *Stewech.* rationes Fφ 9 alia et Fφ | eidem F 11 *post* stilo *in* F *m. r. posuit asteriscum et adscripsit*: Hic desinit Cod. S. Crucis transscriptus a Fr. Thedaldo de Mucillo. Ord. Min. *Haec manus uiro doctissimo Rostagno iudice est manus* del Furiae, *quondam bibliothecarii. Adnotatio pertinere videtur ad cod. Laur.* 24 *sin.* 11, *quem breuiter descripsi* Mnemos. 1895 p. 353 *sqq. Codex ipse inscribitur*: Liber Conuentus S. Crucis de flor$^{a}$ ordinis minorum, *et reuera hic desinit* | posse me quidem Fφ 12 cunctim et Fφ² cuncti met φ¹ | coaceruatim *uulgo* cōcertatim Fφ 13 uel optime *scripsi* ut optime Fφ [ut] *Kr.* ⟨uir⟩ uel optime *Hildebr.* 16 reseruat⌊a⌋ F | quoniam] qm̄ Fφ | me nulli φ 17 quaq3 F quam q̃ φ | omnes φ | comparatum est *scripsi* comprobatum est Fφ *cf. ad* 155. 11, 29 O., p. 9. 19 Kr. (Flor.)

illo uelis. atque ego me dilectorem tuum profiteor, nulla tibi priuatim, sed omni publicitus gratia obstrictus. nihil quippe a te impetraui, quia nec postulaui. sed philosophia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiam maleficium, magisque iudicio impertire quam commodo inseruire, et quod in commune expediat malle quam quod mihi. igitur bonitatis tuae diligunt plerique fructum, ego studium. idque facere adortus sum, dum moderationem
(39) tuam in prouincialium negotiis contemplor, qua effecisti *ut* te amare debeant experti propter beneficium, expertes propter exemplum. nam et beneficio multis commodasti et exemplo omnibus pr*o*fuisti. quis enim a te non amet discere, quanam moderatione optineri queat tua ista grauitas iucunda, mitis austeritas, placida constantia blandus-
13 Kr. que uigor animi? neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magis reuerita est, minus uerita: nullo nisi tuo anno ad coercenda peccata plus pudor quam timor ualuit. uemo te alius pari potestate saepius profuit, rarius terruit: nemo similiorem uirtute filium adduxit. igitur nemo Carthagini proconsulum diutius | fuit. nam etiam eo tempore, quo prouinciam circumibas, manente nobis Honorino, minus sensimus absentiam tuam, quam te magis desideraremus. paterna in filio aequitas, senilis in iuuene [auctoritas] prudentia, consularis in legato
(40) auctoritas. prorsus omnis uirtutes tuas ita effingit ac repraesentat, ut medius fidius admirabilior esset in iuuene

1 dilectorem] debitorem *Brant.* 5 īptire F impartire φ 8 dum moderationem] dummodo de rationem F dum modo rationem φ (*in. mg. m. r.* moderationem) 9 qua effecisti ut te amare debeant *scripsi* qua effectius te amare debeant 11 beneficia φ¹ 12 p̄fuisti F 13 optineri F | grauitas *Lipsius* grã uitaſ F (ſ *erasa est, inter utrumque uocabulum extat aliquid quod non dispicio; tantum ˜ conspicuum est*) grã uita φ 14 iocunda φ | blandūque uigorē F φ 17 coercenda φ 20 cartagini φ 22 honori⋜no F¹ honori⋜nõ F² Honore . nõ φ | quam F φ *defendit Kronenberg p.* 11 *cll. de deo Socr.* c. 23, p. 23. 13 *G.* quamuis *Wower* quanto *Goldb.*) 24 [auctoritas] *seclusit Kr.* 25 effigit F effig̃ φ

f. 186b. f. 75b. Ed. Oudend.

quam in te parta laus, nisi eam tu talem tradidisses: qui utinam perpetuo liceret frui! quid nobis cum istis proconsulum uicibus, quid cum annis breuibus et festinantibus mensibus? o celeres bonorum hominum dies, o praesidum optimorum citata curricula! iam te, Seueriane, tota prouincia deside*rabi*mus. enimuero Honorinum et honos suus ad praeturam uocat, et fauor Caesarum ad consulatum format, et amor noster inpraesentiarum tenet, et spes Carthaginis in futurum spondet, uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, proconsul ad nos cito reuersurus est.

X Sol qui candentem feruido cursu atque equis
flammam citatis feruido ardore explicas:

itemque luminis eius Luna discipula nec non quinque (41) ceterae uagantium potestates: Iouis benefica, Veneris uoluptifica, pernix Mercuri, perniciosa Saturni, Martis ignita. sunt et aliae mediae deum potestates, quas licet sentire, non datur cernere, ut Amoris ceterorumque id genus, quorum forma inuisitata, uis cognita. item in terris, utcunque prouidentiae ratio poscebat, alibi montium ar- p.14 K duos uertices extulit, alibi camporum supinam planitiem coaequauit: itemque ubique distinxit amnium fluores, pratorum uirores, item dedit uolatus auibus, uolutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus.

12 Scaen. Rom. poesis fragm. ed. Ribb. vol. I,² p. 244 *et* Priscianus III 424 K. *cf.* Eurip. Phoen. 1 *sqq.*

1 eam — qua F φ eum — quo *Stewech. Kr.* tradidisses *scripsi* dedisses F φ in iuuene ⟨parata⟩ quam in te parta *Kronenb.* 3 uicicibus F celers F 4 praesidum φ praesidium F *Kr.* 6 desiderabimus *Kr. cum Salmas.* desideramus F φ 7 Caesarū *corr. ex* Caesaris φ 8 inpraesentiarum F φ 9 solacio F φ 11 reūsurus F 12 micantem candido curru *Priscian.* 15 cetera euag (*ras. in qua* in *fuisse uid.*) antium F cetera euagantium φ *cf. supra* 156. 13, 32 O., p. 10. 14 Kr. (Flor.); 157. 23, 36 O., p. 11. 17 Kr. (Flor.) 16 Mercurii φ 17 deūm F dm̄ φ 19 inusitata F φ 22 coequauit F φ

(42) * * * Patitur enim, quod qui herediolum sterile et agrum scruposum, meras rupinas et senticeta miseri colunt: quoniam nullus in tesquis suis fructus est nec ullam illic aliam frugem uident, sed XI

infelix lolium et steriles dominantur auenae,

suis frugibus indigent*es* aliena furatum eunt et uicinorum flores decerpunt, scilicet ut eos flores carduis suis misceant: ad eundem modum qui suae uirtutis sterilis est***.

Psittacus auis Indiae auis est: instar illi minimo mi- XII
(43) nus quam columbarum, sed color *non* columbarum: non enim lacteus ille uel liuidus uel utrumque, subluteus aut sparsus est: sed color psittaco uiridis et intimis plumulis et extimis palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. enimuero cer‖uicula eius circulo mineo uelut aurea tor- f. 187a.
qui | pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur. rostri f. 76a.
prima duritia: cum in petram quampiam concitus altissimo uolatu praecipitat, rostro se uelut ancora excipit. sed et
(44) capitis eadem duritia quae rost*r*i. cum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat: haec discenti ferula est. discit autem statim pullus usque ad duos aetatis suae annos,

5 Verg. georg. I 154, eclog. V 37.
XII Plin. nat. hist. X 117—119 et Solin. p. 211. 18—212. 13 Momms. (cf. praefat. p. XXII).

1 sterile *Colvius* sterilem F φ 2 scruposum] scruposā (*tres ultimae litterae in ras.*) F scrupulosum φ 3 quoniam F qm φ 5 habenae F auene φ 6 indigentes *scripsi* indigent F φ 7 fores *corr. in* flores F | miscean (nt) F 9 *alterum* auis *seclusit Kr. post* Indiae *Rohde scribit* talis *pro* auis | minus φ *ex corr.* mimus F 10 color non *Hild.* colorum F φ 11 libidus F | utrūque F φ utrimque *Lips.* | (sub) . . . luteus φ 14 aureae torquis rari fulgoris *Rohde* torqui F torque φ (*in fine ras. in qua fuit* s) 15 papari φ | coronatur *i. e.* circumdatur 16 prima *cf.* Mét. II 12, p. 31. 15 petra F 17 anchora F φ 18 rosticum F rusticum φ 21 pullus F (*prior* u *ex corr.*)

f. 187a. f. 76a. Ed. Oudend.

dum facile os, uti conformetur, *d*um tenera lingua, uti p.15 Kr. conuibretur: senex autem captus et indocilis est et obliuiosus. uerum ad disciplinam humani sermonis facilior psittacus, glande qui uescitur et cuius in pedibus ut hominis quini digituli numerantur. non enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quod eis lingua latior quam ceteris auibus: eo facilius uerba hominis articulant patentiore plectro et palato. id uero quod *di*dicit ita similiter nobis canit uel potius eloquitur, ut uocem si audias, hominem putes: nam† quidem si (45) audias idem conate non loqui. uerum enimuero et coruus et psittacus nihil aliud quam quod didicerunt pronuntiant. si conuicia docueris, conuiciabitur diebus ac noctibus perstrepens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. ubi omnia quae didicit maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam. si carere conuicio uelis, lingua excidenda est aut quam primum in siluas suas remittendus est.

XIII * * * Non enim mihi philosophia id genus orationem largita est, ut natura quibusdam auibus breuem et temporarium cantum commodauit, hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, ululis uespertinum, (46) bubonibus nocturnum, gallis an||telucanum. quippe haec animalia inter se uario tempore et uario modo occinunt et occipiunt carmine: scilicet galli expergifico, bubones gemulo, ululae querulo, noctuae intorto, cicadae obstrepero,

1 hos φ | confirmetur Fφ | dum *Stewech.* cum Fφ | uti *in* φ *add. m.* 2  2 capuis ⌊tu⌋ φ  8 patenti ore Fφ  9 didicit *Stewech.* dicit Fφ  10 *uerba corrupta et lacunosa:* conate Fφ conari *uulgo, suspicor*: ut uocem si audias, hominem putes: coruinam quidem (?) si audias idem conantem, crocire non loqui; *Salmas.* ut longe si audias, hominem putes, non quidem si audias idem coram te eloqui: *eleganter quidem sed sequentia requirunt in praecedentibus mentionem corui* 20 ⌊quibusdam⌋ F  21 *et* 22 hyrundinibus φ  25 occipiunt *sic* F  26 ulule Fφ | quęrulo F | obstreporo Fφ

hirundines perarguto. sed enim philosophi ratio et oratio tempore iugis est et auditu uenerabilis et intellectu utilis et modo omnicana.

* * * Haec atque hoc genus alia partim cum audiret XIV
a Diogene Crates, alias ipse sibimet suggereret, denique
(47) in forum exilit, rem familiarem abicit uelut onus stercoris magis labori quam usui. dein coetu facto maximum
16 Kr. exclamat: 'Crates', inquit, 'Crates te manu mitt*it*.' exinde non modo solus, uerum nudus et liber omnium, quoad uixit, beate uixit. adeoque eius cupiebatur, ut uirgo nobilis, spretis iunioribus ac ditioribus procis, ultrone*a* eum sibi optauerit. cumque interscapul*i*um Crates retexisset,
(48) quod erat auct*us* gibbere, peram|que cum baculo et pallium humi posuisset, eamque suppellectilem sibi esse puellae profiteretur eamque formam quam uiderat: proinde sedulo consuleret, ne post quer*u*lam eam caperet, enimuero Hipparche condicionem accipit, iam dudum sibi prouisum satis et satis consultum respond*e*t, neque ditiorem maritum neque formonsiorem uspiam gentium posse in-

8 Apologia c. 22 p. 30. 9, 440 O., p. 30. 4 Kr.

2 iucis φ 3 modo omnicana] *num fuit*: modo omni canora? 4 *in* F *m. r. in mg. scripsit*: hic minus habet folium unum 6 stercoris Fφ tergoris *Kr. cum Wowero* 7 cętu F cetu φ 8 Crates — Crates te manu mittit *scripsi*, *potest etiam fuisse* manu mitto; Crates — Crates te manumittes Fφ Crates—Cratem manumittit *Scriuerius* Crates—Cratetem m. m. *Rohde*; solus *cf.* Apol. p. 30. 17 „multis seruis a sese remotis solitatem delegit" 10 *in* F *m.* 2 *post* cupiebatur *add.* uita 11 ultronea eum *Hild.* ultroneum Fφ 12 interscapulium *Hildebr.* inter scapulum Fφ interscapilium *Kr. cum Scalig.* | grates Fφ 13 auctus *scripsi* aucto Fφ | p⌞i⌟lleum F pallium φ 14 humi] ⌞ui ε⌟ F (*in ras.*) | possuisset F | suppellectilem F supellectilem *Kr.* 16 ne post querulam eam caperet *scripsi* querelã eã Fφ querela eam *Kr. cum Aldo* querelae causam *Colv.* querelae ansam *Oud.* 17 iparce φ 18 respondet *Kr.* respondit Fφ (*idem mendum obtinet* Met. I 1, p. 2. 3) 19 formonsiore F | uspiam gentium *in* φ *non extat*, *add. in mg. m. r.* cuspiam gentium

f. 187a. f. 76a. Ed. Oudend

uenire: proinde duceret quo liberet. dux*it* Cynicus in porticum: ibidem, in loco celebri, coram, luce clarissima accubuit, coramque uirginem inminuisset paratam pari constantia, ni Zeno procinctu palliastri circumstantis co- (49) ronae obtutu magistri secret*a* defendisset.

XV Samos Icario in mari modica insula est: exaduersum Miletos. ad occidentem eius sita nec ab ea multo pelagi disp*es*citur: utr*imuis* ⟨*utrouis*⟩ clementer nauigantem dies alter in portu sistit. ager frumento piger, aratro inritus, (50) fecundior oliueto, nec uinitori nec hol*it*ori culp*a*tur. ru- f. 187b. ratio omnis in sarculo ‖ et surculo, quorum prouentu magis fructuosa insula est quam frugifera. ceterum et incolis frequens et hospitibus celebrata. oppidum habet nequaquam pro gloria, sed quod fuisse amplum semiruta moenium multifariam indicant. enimuero fanum Iunonis antiquitus famigeratum: id fanum secundo litore, si recte p. 17 Kr (51) recordor uiam, uiginti haud amplius stadia oppido abest. ibi donarium deae perquam opulentum: plurima auri et argenti ratio in lancibus, speculis, poculis et cuiuscemodi utensilibus. magna etiam uis aeris uario effigiatu, ueterrimo et spectabili opere: uel inde ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno dicata, qua nihil uideor

8 Verg. Aen. III 116.

1 duxit *Stewech.* dux Fφ ducit *uulgo* 4 protentu *Oud.* proiectu *Fulvius* | palliastri φ² palleastri Fφ¹ *cf.* Met. I 5, p. 4. 22 5 magistri secreta *Rohde* magistri in secreto Fφ magistrum secreto *Kr.* 6 ycario φ | exaduerso φ 8 dispescitur *Colv.* despicitur Fφ | utrimuis ⟨utrouis⟩ *scripsi* utrimuis *Salm.* utrumuis Fφ 10 holitori *Kr.* holeri Fφ | culpatur *Rohde* scalpitur *uulgo* sculpitur Fφ (*in* F *m. r.* sculpitur *in* scalpitur *correxisse uid.*) 12 fructuo⌊sa⌋ F 15 mę-nium F *om.* φ¹ | indicant multifariam φ 16 secundum littora *Lips.* 17 aut φ | stadiis ⌊ab⌋ φ 18 pręquam F p̃quam φ 19 speci⌊v⌋l F | culuscemodi F *cf. Indicem meum in* Met. p. 285 huiuscemodi φ (*ex corr.*) 21 ut Inde F ueluti *Bosscha, fortasse fuit* uel iam inde = uel continuo | Batilli φ 22 Policrate Fφ | ⌊t⌋yranno F tirapno φ *sicut* p. 165. 17 *et* 166. 2

d. Oudend. f. 187b. f. 76a.

effectius cognouisse: quidam Pythagorae eam falso existimant. adulescens est uisenda pulchritudine, crinibus fronte parili separatu per malas re*m*ulsis: pone autem coma prolixior interlucentem ceruicem scapularum finibus obumbrat. ceruix suci plena, malae uberes, genae teretes, at medio mento lacullatur, eique prorsus citharoedicus
(52) status: deam conspiciens, canenti similis, tunicam picturis uariegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Graecanico cingulo, chlamyde uelat utrumque brachium ad usque
(53) articulos palmarum: cetera decoris striis dependent. cithara balteo caelato apta strictim sustinetur: manus eius tenera*e*, procerulae: laeua distantibus digitis neruos
(54) molitur, dextra psallentis gestu p*uls*abulum citharae admouet, ceu parata percutere, cum uox in cantico interquieuit: quod interim canticum uidetur ore tereti semihiantibus in conatu labellis | eliquare. uerum haec quidem f. 76b.
statua esto cuiuspiam puberum, quis Polycrati tyranno
(55) dilectus Anacreon Te*ius* amicitiae gratia cantilat: ceterum
p. 18 Kr. ⟨*non*⟩ multum abest Pythagorae philosophi statuam esse, et natu Samius et pulchritudine adprime insignis et psallendi musicaeque omnis multo doctissimus ac ferme id

20 Apologia c. 4, p. 8. 4, 387 O., p. 7. 6 Kr.

1 pittagore φ 2 adulescens F adolescens φ | pulcritudine φ 3 a fronte *Oud.* | remulsis *Salmas. cf.* p. 148. 22 reuulsis Fφ 6 lacullatur F laculatur φ 8 grecanico Fφ 10 striis *scripsi cum Colvio* istriis F histriis φ in striis *Wower Kr.* 11 celato *an* celata *incertum* celata φ 12 tenera Fφ | procerule Fφ | leua Fφ | 13 pulsabulum *m. ualde recens in mg.* φ *cf.* Met V. 3, p. 97. 10 „alius citharum pulsauit"; suo sabulum Fφ suscitabulum *Kr. cum Colvio* | cythare F 14 ceu] seu Fφ 15 cantiquū φ[1] 17 esto Fφ est *uulgo* | quis Fφ quos *Kr. cum Salm.* qui *uulgo* 18 dilectus Fφ dilectos *Kr. cum Salm.* | Anacreon Teius *Salm.* ana[a]creonte uel F (*secunda* a *ex* d *corr. uid.*) Anacreonteum *uulgo* | cantilat Fφ cantillat *Kr.* 19 ⟨non⟩ multum *Cuperus* | *post* esse *excidisse quaedam uidentur, uelut* ut qui fuerit 20 et Fφ etsi *Kr. cum Salm.* natu φ[2] nat; F | pulchritudine φ 21 ac f. *scripsi* ad ferme F at ferme φ atque f. *Kr.*

f 187b. f. 76b. Ed. Oudend.

aeui, quo*m* Polycrates Samum potiebatur. sed haudquaquam philosophus tyranno dilectus est. quippe eo commodum dominari orso profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mnesarcho nuper amisso: quem comperio (56) inter sellularios artifices gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem quaesisse. sunt qui Pythagoran aiant eo temporis inter captiuos Cambysae regis, Aegyptum cum adueheretur, doctores habuisse Persarum magos ac praecipue Zoroastren, omnis diuini arcan*i* antistitem, posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium principe reciperatum. uerum enimuero celebrior fama optinet, sponte eum petisse Aegyptias disciplinas atque ibi a sacerdotibus cerimoniarum incredundas potentias, numerorum admirandas uices, geometriae sollertissimas formulas ⟨*didicisse*⟩: nec his artibus animi expletum mox Chaldaeos atque inde Brachmanos — hi sapientes uiri sunt: ⟨*illa*⟩ Indiae gens est — eorum ergo Brachmanum gymnosophistas adisse. Chaldaei sideralem scientiam, nu- (57) minum uagantium status, ambitus utrorumque uarios effectus in genituris hominum ostendere, nec non medendi remedia mor*bis le*talibus ⟨*longis*⟩ *lustra*tis prouinciis terra caeloque et mari conquisita. Brachmani autem

1 quom *Kronenb.* quo F φ | Policrates F φ | Samo φ | haud quamquam φ 3 Pittagoras φ | patrē nesarcho F φ[1] patre nesarcho φ[2] 4 āmisso φ 5 fauerrimẹ F 6 Pythagoranaianteo F Pittagora naianteo φ Pythagoram *Kr.* | tp̄is φ 7 Cambise φ 8 egiptum φ | doctores] ductures F ductores φ 9 Zoroasten F φ *cf.* Apol. p. 110. 1, 581 O., p. 101. 1 | arcani *Kr. cum Wowero* archanu F φ 10 Gyllo F Syllo *Rohde cf. Iambl.* vita Pythag. § 150 p. 109. 14 11 recuperatum φ 12 optinet F φ obtinet *Kr.* | egiptias φ 13 incredulas φ 14 almirandas φ 15 ⟨didicisse⟩ *add. Elmenh.* 16 Chaldeos F φ | Bracmanos F φ 17 ⟨illa⟩ *addidi* | Bracmanum F φ 18 gimpnosophistas φ | Chaldei F φ | syderalem F | numinum F[1] φ luminum F[2] *Kr.* 19 status φ statos F status, ambitus *scripsi* statos ambitus *Kr. qui post* ambitus *lacunam statuit* 21 morbis letalibus *scripsi* mortalibus F φ, *deinde libri praebent* latis pecuniis, *uerba sententia cassa. tentaui*: ⟨longis⟩ lustratis prouinciis 22 Bracmani F φ

pleraque philosophiae eius contulerunt, quae mentium documenta, quae corporum exercitamenta, quot partes animi, quot uices uitae, quae diis manibus pro merito suo cuique tormenta uel praemia. quin etiam Pherecydes
19 Kr. Syro ex insula oriundus, qui primus uersuum nexu repudiato conscribere ausus est passis uerbis, soluto locutu,
(58) libera oratione, eum quoque Pythagoras magistrum coluit
(59) et infandi morbi putredine in serpentium ‖ scabiem solu- f. 188a.
tum religiose humauit. fertur et penes Anaximandrum Milesium naturabilia commentatus, nec non et Cretensem Epimeniden inclitum fatiloquum et *piatorem* disciplinae gratia sectatus, itemque Leodamantem Creophyli discipulum, qui Creophylus memoratur poetae Homeri hospes et aemulator canendi fuisse. tot ille doctoribus eruditus, tot tamque multiiugis *calicibus* disciplinarum toto orbe haustis, uir praesertim ingenio ingenti ac profecto super captum hominis animi augustior, primus philosophiae |
(60) nuncupator et conditor, nihil prius discipulos suos docuit quam tacere, primaque apud eum meditatio sapienti futuro linguam omnem coercere uerbaque, quae uolantia poetae appellant, ea uerba detractis pinnis intra murum candentium dentium premere. prorsus, inquam, hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. non in totum aeuum tamen uocem

18 Apol. c. 4, p. 8. 4, 387 O., p. 7. 6 Kr.
21 Apol. c. 7, p. 11. 11, 394 O., p. 10, 22 Kr.

1 contulerint F$\varphi^1$ contulerunt $\varphi^2$ 4 p$^{h}$erecydes Siro F 6 uerbis F$\varphi^2$ uersibus $\varphi^1$ (*in mg.* $\varphi$ ⌊c$^{e}$. passis uerbis⌋) 7 Pittagoras $\varphi$ 9 Anaxamandrum F anxiamandrum $\varphi$ 10 cōmtatus $\varphi$ 11 piatorem *Lips.* platonem F$\varphi$ 12 Creopyli F Creopili $\varphi$ *item* Creopylus *et* Creopilus; Creophylus *seclus. Kr.* 13 omeri F$\varphi$ 15 tanque F tanteque $\varphi$ | calicibus *scripsi* comitibus F$\varphi$ fontibus *Kr. cum Colvio* caliculis *Oud.* 17 augustior F$\varphi^2$ angustior $\varphi^2$ 18 nuncupatior F nunccupatior $\varphi$ 20 linguam omnino *Rittershausen* l. mobilem *Rohde* | cohercere $\varphi$ | uerbaque quae] uerba quę F uerbaquae $\varphi$ 22 p̄mere F$\varphi$

f. 188a. f. 76b. Ed. Oudend.

desuescebant, nec omnes pari tempore elingues magistrum sectabantur, sed grauioribus uiris breui spatio satis uidebatur taciturnitas modificata: loquaciores enimuero ferme in quinquennium uelut exilio uocis puniebantur. porro noster Plato nihil ab hac secta uel paululum deuius pythagorissat in plurimis: aeque et ipse ⟨*ut*⟩ in nomen eius a magistris meis adoptarer, utrumque meditationibus (61) academicis didici, et, cum dicto opus est, inpigre dicere, et, cum tacito opus est, libenter tacere. qua moderatione uideor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus oportuni silentii laudem quam tempestiuae uocis testimonium consecutus.

XVI Priusquam uobis occipiam, principes Africae uiri, p. 20 Kr. gratias agere ob statuam, quam mihi ‖ praesenti honeste postulastis et absenti benigne decreuistis, prius uolo causam uobis allegare, cur aliquam multos dies a conspectu auditorii afuerim contulerimque me ad Persianas aquas, (62) gratissima prorsus et sanis natabula et aegris medicabula. quippe ita institui omne uitae meae tempus uobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: nihil tantum, nihil tantulum faciam, quin eius uos et gnaros

13 Tertull. de Pall. I 1. principes semper Africae uiri Carthaginienses.

1 ᵉlingueș F  2 breui F φ bienni *Kr. cum Brantz cll.* Gell. I 9. 4  4 quinquenium φ | puniebatur F¹  6 pittagorissat φ | ⟨ut⟩ *Kr. alii* aeque ut ipse  8 Achademicis φ | inpigre F  10 oportuni F φ  11 silentiij φ
APVLEI PLATONICI FLORIDORV̄ LIB · II · EXPLIC . INCIP · · III · F; APVLEI PLATONICI FLORIDORV̄ LIBER SCD'S EXPLIC̄ · INCIPIT PERCIVS φ
13 principes Africae uiri] principes a. v. F φ *cf.* 72 O., p. 24. 8 Kr. (Flor.) principes augustae *uel* amplissimae urbis *Colvius*
17 abfuerim φ | dispsianas φ

p. Oudend. f. 188a. f. 76b.

et iudices habeam. quid igitur ⟨*me*⟩ de repentino ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, *quam inprouisa pericula hominibus subito oboriantur*, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, de Philemone comico. de ingenio eius qui satis nostis, de interitu paucis cognoscite. an etiam de ingenio pauca uultis?

Poeta fuit hic Philemon, mediae comoediae scriptor, fabulas cum Menandro in scaenam dictauit certauitque (63) cum eo, fortasse impar, certe aemulus. namque eum etiam uicit saepenumero: pudet dicere. repperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa ac n*odos* lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias uitae congruentes, ioca non infra soccum, seria non usque ad coturnum. rarae apud illum corruptelae et, uti er- (64) rores, concessi amores. | nec eo minus et leno per*fid*us et f. 77a. amator feruidus et seruulus callidus et amica illudens et uxor inhibens et mater indulgens et patruus obiurgator et sodalis opitulator et miles proeliator, sed et parasiti edaces et p. 21 Kr. parentes tenaces et meretrices procaces. hisce laudibus diu in arte comoedica nobilis forte recitabat partem fabulae, quam recens fecerat, cumque iam in tertio actu, quod genus in comoedia fieri amat, iucundiores adfectus

21 cf. Auson. grat. actio 1. 2 p. 353. 7 (Peiper).

1 ⟨me⟩ *inserui* „de] *fortasse* me" *Kr.* distulerim me *Oud.* 2 distuleri F distulerim̄ φ 3 inprouisa F φ inprouiso *Kr.* *qui* subito *inclusit* | aboriantur φ¹ | *uerba*: quam — oboriantur *transtuli post* distulerim, *cum in cdd. post* memorabo *legantur Kruegerum secutus, qui tamen ipse ea in suo loco reliquit*
t e/.
5 nostis F² 8 *in ras.* nus φ¹ *in mg.* φ *m. r. scr.* c nostis 8 scenā F scena φ 10 sepe numero| pudet dicere F saepe: numerum p. d. *Kr.* | repperias F 12 ac nodos *Colv.* adgnatos F φ 14 coturnum F φ *cf.* p. 155. 11 15 perfidus *Arlt, quod exigit suffixorum symmetria* periurus F φ *cf.* Plaut. Capt. Prol. 57 18 p̄liator Fφ gloriator *Traube, sed* proeliator *est* proeliorum auidus *uel qui se proeliorum auidum esse fingit* 20 comedica φ 22 iocundiores φ | affectus φ

f. 188a. f. 77a. Ed. Oudend

moueret, imber repentino coortus, ita ut mihi ad uos uenit usus nuperrime, differri auditorii coetum et auditionis coeptum coegit: relicum tamen, uariis postulantibus, sine f. 188b. intermissione ‖ deincipiti die perlecturum. postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia conuenere: sese quisque exaduersum quam proxime collocat: serus adue- (65) niens ami*cis* adnuit, locum sessui imperti*a*nt: extimus quisque excuneati queruntur: farto toto theatro ingens stipatio: occipiunt inter se queri: qui non adfuerant percontari ante dicta, qui adfuerant recordari audita, cuncti*i*que iam prioribus gnaris sequentia expectare. interim dies ire, neque Philemon ad condictum uenire: quidam tarditatem poetae murmurari, plures defendere. sed ubi diutius aequo sedetur nec Philemon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui acc*ir*ent, atque eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. commodum ille anima edita obriguerat, iacebat- (66) que incumbens toro, similis cogitanti: adhuc manus uolumini implexa, adhuc os *l*ecto libro impressus, sed enim iam animae uacuus, libri oblitus et auditorii securus. stetere paulisper qui introierant, perculsi tam inopinatae rei, tam formonsae mortis miraculo. dein regressi ad populum renuntiauere, Philemonem poetam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam consummasse: enimuero iam dixisse rebus huma-

2 cętum F cetum φ 3 cęptum F ceptum φ | relicum F reliquum φ relicuum *Kr.* | uariis] uanis F φ 6 exaduerso φ 7 amicis *Wower* amicus F φ | ānuit φ | impertiant *Rohde* impertiunt F φ | extimꝫ qſqꝫ F 9 queri F *uocabulum procul dubio corruptum, expectaueris*: loqui, colloqui *uel* fabulari, confabulari, garrire *uel* nugari 10 cunctique *Kr.* cunctisque F φ cunctis — expectari *Rohde* 11 expectare F 13 murmurari F 15 accirent *Stewech* acciperent F φ *cf.* Met. VIII 21, p. 179. 8 16 atque eum] „*fortasse* ei" *Kr.* comodum φ 18 os *in* φ *add. m.* 2 | lecto *Colv.* recto F φ | impressus F *quae lectio est sanissima cf.* Verg. Aen. IV 690: os impressa toro *et* Met VIII 6, p. 170. 6 toro faciem impressa; impressum *Kr. cum* φ (īpssū) 20 percussi φ 21 formose miraculo mortis φ 24 consumasse φ

d. Oudend. f. 188b. f. 77a.

nis ualere et plaudere, suis uero familiaribus dolere et plangere: hesternum illis imbrem lacrimas auspicasse: comoediam eius prius ad funebrem facem quam ad nubti- (67) alem uenisse: proin, quoniam poeta optimus personam uitae deposuerit, recta de auditorio eius exequias eundum, legenda eius esse nunc ossa, mox carmina.

.22 Kr. Haec ego ita facta, ut commemoraui, olim didiceram, sed . . . . ante dies *sum* e meo periculo recordatus. nam, ut meministis profecto, cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem uobis uolentibus protuli, et quidem | Philemonis exemplo paenissime: quippe eodem die in palaestra adeo uehementer talum inuerti, ut minimum afuerim, quin articulum etiam a crure defregerim. tamen articulus loco concessit exque eo luxu adhuc fluxus est: etiam, dum eum ingenti plaga reconcilio, iamiam sudoro (68) adfatim corpore diutule obrigui. inde acerbus dolor intestinorum coortus modico ante sedatus est, quam me denique uiolentus exanimaret et Philemonis ritu compelleret ante letum a*d*ire quam lectum, potius implere fata quam fanda, consummare potius animam quam historiam. cum primum igitur apud Persianas aquas leni temperie nec minus utiquam blando fomento gressum re*ci*peraui, nondum quidem ad innitendum idonee, sed quantum ad uos festinanti satis uidebatur, ueniebam redditum quod pepigeram, cum interim uos mihi beneficio uestro non tan-

2 illis *Rohde* illi Fφ 3 comediam φ | nubtialem F 6 n̄c̄ (ₗmoxⱼ) φ 8 sed . . . ante dies sum e meo periculo recordatus *scripsi* sed audies me meo periculo recordatus Fφ sed audietis me meo p. recordatum *Kr. cum Wowero* haud sine m. p. recordatus *Oud.* 10 ₗuobisⱼ φ 11 Philemonis F | plenissime φ 13 adfuerim F affuerim φ | defregerim φ defringerim F 15 iā̩ affatim φ 16 diutine φ | aceruus Fφ[1] acerbus φ[2] 19 adire *Stewech* obire Fφ 20 consumare φ hystoriam φ 22 utiquam *Rohde cf.* p. 178. 8, 81 O., p. 27. 14 Kr. (Flor.) uti quam Fφ utili quam *uulgo* | recuperaui φ 23 ydonee φ 24 uidebantur Fφ | quod φ[2] quē φ[1] 25 uestro] ů φ

f. 188b. f. 77a. Ed. Oudend

tum clauditatem dempsistis, uerum etiam pernicitatem addidistis.

An non properandum mihi erat, ut pro eo honore uobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram? non quin magnitudo Carthaginis mereatur etiam ⟨*a*⟩ philosopho precem pro honore, sed ut integrum et intemeratum esset uestrum beneficium, si nihil ex gratia eius petitio mea defregisset, id est, ut usque quaque esset gratuitum. neque enim aut leui mercede emit qui pre- (69)
catur, aut paruum pretium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utensilia emere uelis quam rogare. id ego arbitror praecipue in honore obseruandum: quem qui laboriose exorauerit, sibi debet *diuidu*am gratiam, quod impetrarit: qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam praebentibus debet, et quod non petierit et quod p. 23 Kr
acceperit. duplam igitur uobis gratiam debeo, immo (70)
enimuero multiiugam, quam ubique equidem et semper praedicabo. sed nunc inpraesentiarum libro i*u*sto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publice protestabor: certa est enim ratio, qu*a* debeat philosoph*us* ob decretam sibi publice statuam gratias agere, a qua paululum demuta*b*it liber, qu*e*m Strabonis Aemiliani excellentissimus
f. 189a. honor flagitat: ‖ quem librum sperabo me commode posse conscribere, ⟨*si*⟩*siritis* eum hodie uobiscum p*ar*are. est enim tantus in studiis, ⟨*ut*⟩ praenobilior sit proprio ingenio (71)

11 cf. I Cic. in Verr. IV 6. 12.

6 a] *om.* Fφ p̄cem philosopho φ  8 id est] idē Fφ *cf.* p. 175. 1, 14 O, p. 25. 1 Kr.  10 paruum φ parum F  12 obseruanδ' φ  13 diuiduam *scripsi* nam grã F nã gratia φ | imperarit Fφ  15 praebentibus] probantibus Fφ  18 iusto *Rohde* isto Fφ n̄ acceperit F  19 pu^b^plice F  20 qua debeat philosophus *Colv.* quae debeat philosopho Fφ  21 demutabit *Stewech* demutauit Fφ | liber, quem *uulgo* libere quam Fφ [liber] quam *Kr. cf. quae scripsi Mnemosyne.* 1899. p. 3  24 ⟨si⟩ siritis *scripsi* scitis Fφ sultis *Kr. cum Schickeradio* ⟨si⟩scit is *Koziol* | uobiscum parare *scripsi* uobiscum probare Fφ uobis comprobari *Kr.*  25 ut *om.* Fφ (*in* F *m. r. supra uersum scr.* qui) | ṣịṭ φ (*exp. m. r.*)

quam patricio consulatu. quibusnam uerbis tibi, Aemiliane Strabo, uir omnium, quo*t* unquam fuerunt aut sunt aut etiam erunt, inter optimos clarissime, inter clarissimos optime, inter utrosque doctissime, quibus tandem uerbis pro hoc tuo erga me animo gratias habitum e*t* comme-
(72) moratum eam, qua digna ratione tam | honorificam be- f. 77b.
nignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti aequiperem, *hau*dum hercle repperio. sed quaeram sedulo et conitar:

dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.

nam nunc inpraesentiarum — neque enim diffitebor —
24 Kr. laetitia facundiae obstrepit, et cogitatio uoluptate impeditur, ac mens occupata delectatione mauult [inpraesentiarum] gaudere quam praedicare. quid faciam? cupio gratus uideri, sed prae gaudio nondum mihi uacat gratias agere. nemo me, nemo ex illis tristioribus uelit in isto uituperare, quod honorem meum non minus *intellego* quam *mereor*, quod clarissimi et eruditissimi uiri tanto testimonio exulto: quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium non minus splendidissim*um* quam benignissim*um* uir consularis, cui etiam notum esse tantummodo summus honor est: is etiam laudator mihi apud principes Africae
(73) uiros quodam modo astitit. nam, ut comperior, nudius tertius libello misso, per quem postulabat locum celebrem

10 Verg. Aen. IV 336.
15 cf. Met. X 12, p. 231. 9.

2 ˌq' ūquāˌ φ (*in spatio uacuo relicto*) quod uminā F | fuerunt autsunt φ fuerunt aui sunt F 5 habitum et commemoratum eam, *Salmas.* habitū es commemoratu meā F habitū es cōmemoratum m̤e̤ā φ 8 haudum *Kr.* andum Fφ (*in* φ *in mg. scr. m. r.* c͘ᵉ nondū) | repperio F 9 conitar $F^1\varphi^1$ 13 [inpraesentiarum] *seclusi* 15 gratis $F\varphi^1$ *cf.* p. 170. 7, 65 O., p. 21. 7 Kr. (Flor.) 17 intellego quam mereor *scripsi cum Florido* mereor quam intellego Fφ uereor *Kr. cum uulgato* 18 exulto F 19 Cartaginensium φ 20 splendidissimum — benignissimum *scripsi* splendidissima — benignissima Fφ | non n̤ φ 23 comperior F *sed fortasse* r *m. r. addita* 24 celebrem F

f. 189a. f. 77b. Ed. Oudend.

statuae meae, cum primis commemorauit inter nos iura amicitiae a commilitio stadiorum eisdem magistris honeste inchoata: n*am* post*eriora* *fa*ta omnia mea secundum dignitatis suae gradus recognouit. iam illud primum beneficium, quod condiscipulum se meminit. ecce et hoc alterum beneficium, quod tantus diligi se ex pari praedicat. quin etiam commemorauit, || et alibi gentium et ciuitatium honores mihi statuarum et alios decretos. quid addi potest ad hoc praeconium uiri consularis? immo etiam docuit argumento suscepti sacerdotii, summum mihi honorem Carthaginis adesse. iam hoc praecipuum beneficium ac longe ante ceteros ⟨*honos*⟩ excellens, quod me uobis locupletissimus testis suo etiam suffragio commendat. ad summam pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurum, uir, cui omnes prouinciae quadriiuges et seiuges currus ubique gentium ponere gratulantur. quid igitur (74) superest ad honoris mei tribunal et columen, ad laudis meae cumulum? immo enimuero, quid superest? Aemilianus Strabo, uir consularis, breui uotis omnium futurus proconsul, sententiam de honoribus meis in curia Carthaginiensium dixit: omnes eius auctoritatem secuti sunt. nonne uidetur hoc uobis senatus consultum esse? quid quod et Carthaginienses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt locum statuae, ut illos scires iccirco alteram statuam, quantum *com*peri*o*, in sequentem curiam | protulisse, ut salua ueneratione, salua reuerentia consularis sui uiderentur factum eius non aemu-

3 nam posteriora fata omnia *scripsi* nunc postea uota omnia F φ  6 diligisse φ[1] diligise φ[2]  7 ciuitatum φ
10 sacerdotiij φ *cf.* p. 177. 4, 79 O., p. 26. 15 Kr. (Flor.)  11 Carthaginis F Cartaginis φ Carthagini *Kr.*  12 ⟨honos⟩ *Rohde*
19 omnium ø φ  20 Karthaginiensium F Cartaginiensium φ
22 quid . quod F (quod *corr. ex* quid) *in* φ quod *in mg. est additum*  23 Karthaginienses F Cartagini enses φ  24 statuere F statuē φ  25 iccirco F [illegible]ntum comperio *scripsi* quantum spero F φ

Oudend. f. 189a. f. 77b.

5 Kr. lati sed secuti, id est, ut integro die beneficium ad me publicum perueniret? ceterum meminerant optimi magistratus et beniuolentissimi principes, mandatum sibi a (75) uobis quod uolebant. id egone scirem *nec* praedicarem? ingratus essem. quin etiam uniuerso ordini uestro ⟨*pro*⟩ amplissimis erga me meritis quantas maximas possum gratias ago atque habeo, qui me in illa curia honestissimis adclamationibus decorauere, in qua curia uel nominari tantummodo summus honor est. igitur, quod difficile factu erat quodque re uera arduum non ⟨*inmerito*⟩ existimabatur: gratum esse populo, placere ordini, probari (76) magistratibus et principibus: id — praefascine dixerim — iam quodam modo mihi obtigit. quid igitur superest ad statuae meae honorem, nisi aeris pretium et artificis ministerium? quae mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuere, ne ut Carthagini desint, ubi splendidissimus ‖ ordo etiam de rebus maioribus iudicare f. 189b. potius solet quam computare. sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius (77) gratias cana*m* *te*nacique libro mandabo, uti per omnis prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet.

1 idẽ F | integrum *Lips. Rohde* | die] dein *Lips.* 4 id egone scirem nec praedicarem? *scripsi* (nec *Vossius*) id ego nescirem ac praedicarem F φ id ego ni scirem ac praedicarem *Kr. cum Colvio* 5 ũro F (*ut uid.*) n̊ φ pro *om.* F φ 7 ⌊h⌋abeo F 8 acclamationibus φ | curia *in* φ *add. m.* 2 *seclusit Kr.*. 10 non ⟨inmerito⟩ *scripsi* ñ F non φ | quodque reuera ⟨erat⟩ arduum, non existimabatur *Kr.* 12 praefascine F φ *cf.* Charis. K. I. p. 235. 16 praefiscine *Kr. cum Colv.* 13 optigit φ[1] 16 Karthagini F Cartagini φ 22 canam tenacique *scripsi* canacique F canãciqꝫ φ canam ociusque *Scioppius cf.* p. 184. 5, 91 O., p. 31. 23 Kr. (Flor.)

f. 189b. f. 77b. Ed. Oudem

XVII * * * uiderint, quibus mos est oggerere se et otiosis ⟨*et negotiosis*⟩ praesidibus, ut inpatientia linguae commendationem ingenii quaerant ed adfectata amicitiae uestrae specie glorientur. utrumque eius a me, Scipio Orfite, longe abest. nam et quantulumcunque ingenium meum iam pridem pro captu suo hominibus notius est, quam ut indigeat nouae commendationis, et gratiam tuam (p. 26 K) tuorumque similium malo quam iacto, magisquę sum tantae amicitiae cupitor quam gloriator, quoniam cupere nemo nisi uere [putem] potest, potest autem quiuis falso gloriari. ad hoc ita semper ab ineunte aeuo bonas artes sedulo colui, eamque existimationem morum ac studiorum cum in prouincia nostra tum etiam Romae penes amicos tuos quaesisse me, tute ipse locupletissimus testis es, ut non minus uobis amicitia mea capessenda sit quam mihi uestra concupiscenda. quippe non prompte ueniam im- (78) pertire rarenter adeun*ti* adsiduitatem eius requirentis est, summumque argumentum amoris frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseuerantem celebrare, desinentem desiderare, quoniam necesse est ⟨*gratam praesentiam*⟩ eiusdem esse, cuius angat absentia. ceterum uox cohibita (f. 78a.) silentio perpeti | non magis usui erit, quam nares grauedine oppletae, aures sp*urcitie* obseratae, oculi albugine obducti. quid si manus manicis restringantur? quid si

1 mos *in* φ *ex* mox *corr.* | oggerere $F^1$ hocgerere $F^2$ 2 ⟨et negotiosis⟩ *inserui cf.* p. 160. 8 *sqq.*, 61 O., p. 19. 18 *sqq.* Kr. (Flor.) *et* Met. II 19, p. 37. 2 | impatientia] impotentia *Scioppius* impudentia *Stewech* 3 affectata φ 4 eius F φ enim *Kr. cum uulg.* 10 [putem] *seclus. Contarenus cf.* Apol. p. 3. 5, 377 O., p. 3. 5 Kr. 13 cum $F^1$φ tum $F^2$ 17 adeunti *Becichemius* adeundi Fφ | assiduitatem φ | eius $F^1$ (*ut uid.*) φ q; $F^2$ *in ras.* (*in mg.* F *m. r. scr.* prius eius) 20 ⟨gratam praesentiam⟩ *scripsi Colvium secutus, nisi quod ille uult*: eiusdem gratam esse praesentiam 21 eiusdem $F^1$φ equidem $F^2$ | cuius] c; φ 22 non magis *in* F *bis scriptum, alterum erasum est* | usui u (*erasum*) erit F usu iuerit φ usui fuerit *Colv.* 23 spurcitie *Désertine* spiritu Fφ

(79) pedes pedicis coartentur? ⟨*uel et*⟩iam rector nostri animus aut somno soluatur aut uino mergatur aut morbo sepeliatur? profecto ut gladius usu splendescit, situ robiginat, ita uox in uagina silentii ‖ condita diutino torpore hebetatur. desuetudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit. tragoedi adeo ni cottidie proclament, claritudo arteriis obsolescit: igitur identidem boando purgant rauim. ceterum ipsius uocis hominis exercendi cassus labor super-
(80) uacaneo studio plurifariam † superatur, si quidem uoce hominis et tuba rudore toruior et lyra concentu uariatior et tibia questu delectabilior et fistula susurru iucundior et bucina significatu longinquior. mitto dicere multorum animalium immeditatos sonores distinctis proprietatibus admirandos, ut est taurorum grauis mugitus, luporum
p. 27 Kr. acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus nec non auium instigati *cl*angores nec non leonum indignati fremores ceteraeque id genus uoces animalium truces ac liquidae, quas infesta rabies uel propitia uoluptas ciant. pro quibus homini uox diuinitus data angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus quam auribus delectationem. quo magis celebrari debet frequentius usurpata, et quidem non ⟨*usquam libentius*⟩ nisi in auditorio, tanto uiro praesidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. equidem et si fidibus adprime callerem, non nisi confertos homines consectarer. in solitudine cantilauit

1 ⟨uel et⟩iam *scripsi* iam F φ „*malim* quid si etiam“ *Kr.* 2 sompno φ 3 rubiginat φ 4 silentiij φ *cf.* p. 174. 10, 73 O., p. 24. 16 Kr. (Flor.) 6 cottidie F | traiedia deonicottidie φ 7 raut F[1] (*ut uid.*) raūī φ rauciū F[2] 8 ceterum — superatur *corrupta haec, sed medicina incertior* | $\overset{e}{\text{uocis}}$ F | casus F[1] φ[1] 10 torbior F φ | lira φ 11 tybia F φ | iocundior φ 14 āmirandos φ[1] 15 elefantorum F φ 16 hylaris *sicut* p. 178. 19 hylaritatem φ | initus φ | clangores *Becichemius* angores F φ 21 magis] minus *Rohde* 22 non ⟨usquam libentius⟩ *scripsi* 25 et si *scripsi* etsi *uulgo* 26 cantilauit F φ

f. 189b. f. 78a. Ed. Oudend.

Orpheus in siluis, inter delphinas Arion, (81)

quippe si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio praecipitatus, ille immanium bestiarum delenitor, hic misericordium beluarum oblectator, ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. eos ego impensius admirarer, si hominibus potius quam bestiis placuissent. auibus haec secretaria utiquam magis congruerint, merulis et lusciniis et oloribus. et merulae in remotis tesquis ⟨*cantilenam pueritiae*⟩ fringultiunt, (82) lusciniae in solitudine Africana canticum adulescentiae garriunt, olores apud auios fluuios carmen senectae meditantur. enimuero qui pueris et adulescentibus et senibus utile carmen prompturus est, in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de uirtu‖tibus Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium, nec | f. 190a. minus gratum quam utile Carthaginiensium pueris ⟨*et*⟩ iuuenibus et senibus, quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul subleuauit: temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. metuo quidem, Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me inpraesentiarum refrene*t* uel tua generosa modestia uel mea ingenua uerecundia. sed nequeo, quin ex plurimis, quae in te meritissimo ad- (83) miramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam. uos ea mecum, ciues ab eo seruati, recognoscite.

XVIII Tanta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius p. 28 Kr.

1 Verg. ecl. VIII 56

4 orion φ *item us.* 2 6 āmirarer φ[1] 8 secretari⌊a⌋ F | utiquam *scripsi cum Rohdio cf.* p. 171. 22, 68 O., p. 22. 11 Kr. (Flor.) ut inquam Fφ ut ⟨ita⟩ inquam *Kr. cum Wowero* utique *Brantz* 9 męrulę F | ⟨cantilenam pueritiae⟩ *inseruit Kronenb. cf. us.* 16 *et* 177. 26 10 Africana Fφ aprica *Kr., num fuit* opaca? 11 adolescentie φ *ut* 12 adolescentibus 16 Cartaginensium φ | ⟨et⟩ *add. Kr. cf. us.* 8 *et* 12 Kr. 21 refrenet *Piccardt* refrenes Fφ 24 att$^{n}$igam F

APVLEI PLATONICI FLORIDOR LIB III · EXPLIC ·

gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quam excusare, quod philosophus non recusauerim dissertare. nam et pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta et pro magnitudine frequentiae locus delectus est. praeterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pauimenti marmoratio nec proscaenii contabulatio nec scaenae columnatio, sed nec culminum eminentia nec lacunarium refulgentia nec sedilium circumferentia, nec quod hic alias mimus halucinatur, comoedus sermocinatur, tragoedus uociferatur, funerepus periclitatur, praestigiator furatur, histrio gesticulatur ceterique omnes
(84) ludiones ostentant populo, quod cuiusque artis est: sed istis omnibus supersessis nihil amplius spectari debet, quam conuenientium ratio et dicentis oratio. quapropter, ut poetae solent hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici facit:

Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis,

item ille comicus:

perparuam partem postulat Plautus loci
de uostris magnis atque amoenis moenibus,
Athenas quo sine architectis conferat,

17 Tragic. lat. rell. p. 228 Ribb.
19 — 21 Plaut. Trucul. prol. u. 1 — 3. Priscian. II p. 421. 14 K.

I I
INCPT · IIII F APVLEI PLATONICI FLORIDOR̄ LIBER · III · EXPLICIT INCIPIT · IIII φ
1 Karthagini F Cartagini φ 2 habet quam] *in mg.* φ *scr. m. r.* c haud quaquam 3 di$^{s}$sertare F 6 proscęnii F proscenii φ 7 scaenae *Kr.* scenae Fφ | columpnatio φ 8 lacunarum φ 10 traiedus φ 11 hist[...]rio F hystrio φ 13 debet $F^2 φ^2$ debes $F^1 φ^1$ *cf.* p. 178. 21, 82 O., p. 27. 23 Kr. (Flor.) 14 oratio ẽ φ 17 angusta φ | ciceronis scolis φ 19 per paruam Fφ | partim F partē φ 20 ūris φ | amęnis mẹnibus F amenis menibus φ 21 quo sine] quos in Fφ | conferam Fφ

f 190a. f. 78a. Ed. Oudend.

non secus et mihi liceat nullam longinquam et trans- (85) marinam ciuitatem hic, sed enim ipsius Carthaginis uel curiam uel bybliothecam substituere. igitur proinde habe- p. 29 Kr. tote, si curia digna protulero, ut si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, ut si in bybliotheca legantur. quo utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret ac non hic maxime clauderet, ubi me facundissimum cuperem! sed uerum est profecto, qui aiunt, nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam uel parua querimonia coniugatione quadam mellis et fellis: ubi f. 78b. uber, ibi tuber. id ego cum ante alias | tum etiam nunc inpraesentiarum usu experior. nam quanto uideor plura apud uos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri cunctatior, et qui (86) penes extrarios saepenumero promptissime disceptaui, idem nunc penes meos haesito ac, mirum dictu, ipsis inlecebris deterreor et stimulis refrenor et incitamentis cohibeor. an non multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec lare alienus nec pueritia inuisitatus nec magistris peregrinus nec secta incognitus nec uoce inauditus nec libris inlectus improbatusue? ita mihi et patria in concilio Africae, id est uestro, et pueritia apud uos et magistri uos et secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est, et uox mea utraque

25 cf. Met. I 24, p. 20. 1

2 Karthaginis F Cartaginis φ 3 bybliothecam F bibliotheca φ *item infra us.* 5 *cf.* Apol. 70. 2 | su[b]stituere F 6 quo F φ quod utinam *editur* Apol. p. 7. 19, 386 O., p. 6. 24 Kr. *et* de deo Socrat. Prol. p. 3. 25 (*Goldb.*) 8 cūperē F 10 ei tamen] & tñ φ 11 letitia F φ 12 ubi ube⌊r⌋[i] .bi tube⌊r⌋ F ubi ube⌊r⌋ ⌊i⌋bituber φ 13 ante alias *uulgo* in alias 17 disceptaui F φ dissertaui *Wower* 18 inlecebris F illecebris φ 19 simultis F φ 24 idē ūro F id est uestro φ 26 utraque φ utrique F

lingua iam uestris auribus ante proxumum sexennium probe cognita: quin et libri mei non alia ubique laude carius censentur, quam quod iudicio uestro comprobantur. haec tanta ac totiuga inuitamenta communia non minus uos ad audiendum prolectant, quam me ad audendum retardant, faciliusque laudes uestras alibi gentium quam apud uos praedicarim: ita apud *s*uos cuique modestia ob-
(87) noxia est, apud extrarios autem ueritas libera. semper adeo et ubique uos quippe ut parentis ac primos magistros meos celebro mercedemque uobis rependo, non illam, quam Protagoras sophista pepigit nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit et accepit. uideo, quid postuletis: utramque narrabo.

p. 30 Kr. Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius et cum primis rhetoricae repertoribus perfacundus, Democriti physici ciuis aequaeuus — inde ei suppeditata doctrina est —: eum Protagoran aiunt cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberem condicione temeraria || pepigisse, f. 190b.
uti sibi tum demum id argenti daret, si primo tirocinio
(88) agendi penes iudices uicisset. igitur Euathlus postquam cuncta illa exorabula iudicantium et decipula aduersantium et artificia dicentium uersutus alioquin et ingeniatus ad astutiam facile perdidicit, contentus scire quod concupierat coepit ⟨*dare*⟩ nolle quod pepigerat, sed callide nectendis moris frustrari magistrum diutuleque nec ⟨*caus*⟩as ⟨*ag*⟩ere uelle

25 Gell. V 10. cum diutule auditor—Protagorae fuisset et

1 proximum φ 4 haec] h' F | cōia φ 5 audendum *G. Vossius* audiendum Fφ *cf.* Tac. Hist. I 4 *in. ubi* F *habet* audientes *pro* audentes *et* I 6 *i. f. ubi* F *habet* audienti *pro* audenti (*in* φ *m. r. in mg.* c̊ dicendum 7 suos *Stewech* uos Fφ 8 ueritas se φ 9 parentes φ 10 que *in* φ *add. m.* 2 11 Protagora Fφ[1] *cf. infra us.* 14, 87 O., p. 30. 1 Kr. (Flor.) 14 Protagora qui F Protagoras quidem φ 15 rethoricae F retorice φ | phisici Fφ 16 eq̃uus φ 17 Euatlo Fφ 18 suberem F[1] (s *erasa est*) 20 Euatlus F Euatlus φ 22 alioqui Fφ[1] 23 cupierat φ 24 cepit Fφ | ⟨dare⟩ nolle *scripsi* nolle ⟨dare⟩ *Burmann* 25 ⟨caus⟩as ⟨ag⟩ere

f. 190b. f. 78b. Ed. Ouden

nec reddere ⟨*mercedem*⟩, usque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit expositaque condicione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. ‘nam siue ego uicero’, inquit, ‘soluere mercedem debebis ut condemnatus, seu tu uiceris, nihilo minus | reddere debebis ut pactus, quippe qui hanc causam primam penes iudices uiceris. ita, si uincis, in condicionem incidisti: si uinceris, (89) in damnationem.’ quid quaeris? ratio conclusa iudicibus acriter et inuincibiliter uidebatur: enimuero Euathlus, utpote tanti ueteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentnm retorsit. nam ‘si ita est’, inquit, ‘neutro modo quod petis debeo. aut enim uinco et iudicio dimittor, aut uincor et pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem, si hanc primam causam fuero penes iudices uictus. ita me omni modo liberat, si uincor, condicio, si uinco, sententia.’ nonne uobis uidentur haec sophistarum argumenta obuersa inuicem uice spinarum, quas uentus conuoluerit, inter se cohaerere, paribus utrinque aculeis, simili penetratione, mutuo uulnere? atque (90) ideo merces Protagorae tam aspera, tam senticosa uersutis et auaris relinquenda est: cui scilicet multo tanto praestat illa altera merces, quam Thal*i* memorant su*ffec*isse.

Thales Milesius ex septem illis sapientiae memoratis p. 31 Kr.

in studio quidem facundiae abunde promouisset, causas tamen non reciperet cet.

uelle *scripsi* asereuelle F a se reuellere $\varphi$ agere uelle *Kr. cum Salmasio cf.* Gell. V 10

1 ⟨mercedem⟩ *inserui* 2 conditione $\varphi$ | qua F quã in $\varphi$ 3 *cf.* Apolog. p. 8. 8, 387 O., p. 7. 9 Kr. 4 uincero F | condempnatus F $\varphi$ 6 $\overset{p}{\text{q}}$pe F 7 conditionem $\varphi$ | & si $\varphi$ 8 dampnationem $\varphi$ 14 hae prima causa $\varphi^2$ 15 uincor — uinco $\varphi^2$ uinco — uincor F $\varphi^1$ | uidentur uobis 17 sophistarum $\varphi^2$ sophistatum F $\varphi^1$ 19 penetratiō̃ $\varphi$ *corr. in* penetratione 21 multo tanta F $\varphi$ 22 Thali — suffecisse *scripsi* Thalem — suasisse F $\varphi$

uiris facile praecipuus — enim geometricae penes Graios primus repertor et naturae rerum certissimus explorator et astrorum peritissimus contemplator — maximas res paruis lineis repperit: temporum ambitus, uentorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula, siderum obliqua curricula, solis annua reuerticula, *iti*dem lunae uel nascentis incrementa uel senescentis dispendia uel delinquentis obstacula. idem sane iam procliui senectute diuinam rationem de sole commentus est, quam ‖ equidem non didici modo, uerum etiam experiundo comprobaui, quotiens sol magnitudine sua circulum quem permeat metiatur. id a se recens inuentum Thales memoratur edocuisse Mandraytum Prienensem, qui noua et inopinata cognitione impendio delectatus optare iussit, quantam uellet mercedem sibi pro tanto documento rependi. 'satis', inquit, 'mihi fuerit mercedis, [Thales sapiens] si id quod
(91) a me didicisti, cum proferre ad quospiam coeperis, tibi non adsciueris, sed eius inuenti me potius quam alium repertorem praedicaris.' pulchra merces prorsum ac tali uiro digna et perpetua: nam et in hodiernum ac deinde semper Thali ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius caelestia studia uer*a* cognouimus.

Hanc ego uobis mercedem, Carthaginienses, ubique gentium dependo pro disciplinis, quas in pueritia sum apud uos adeptus. ubique enim me uestrae ciuitatis alumnum fero, ubique uos omnimodis laudibus celebro, uestras disciplinas studiosius percolo, uestras opes gloriosius

1 geometriae φ | Gaios F φ[1] 2 explorato˪r˩ F 3 astorum F[1] 6 itidem *Kronenb. coll.* 152. 9 item *Colvius* idem Fφ 7 delinquentis] delinquantis Fφ 8 obstacula] obsticula Fφ 9 c̄motus φ[1] c̄mentus φ[2] 10 experiendo φ 13 Mandritum φ | Priennensem Fφ 16 (Thales sapiens] *seclusit Kr.* 17 cęperis F ceperis φ 18 non *om.* Fφ *add. in mg.* φ *m. r.* 19 praedicaris Fφ praedicaueris *Kr.* | pulc$^{r}$ha F pul˪chra˩ φ 20 dein *uel* deiñ F deinde φ dehinc *uulgo* 21 Thaly F 22 celestia φ | uera *scripsi* uere Fφ

f. 190b. f. 78b. Ed. Oudend.

f. 79a. praedico, | uestros etiam deos religiosius ueneror. nunc quoque igitur principium mihi apud uestras auris auspicatissimum ab Aesculapio deo capiam, qui arcem nostrae Carthaginis indubitabili numine propitius *respicit.* eius dei hymnum graeco et latino carmine uobis ecce canam iam ⟨*pridem*⟩ illi a me dedicatum. sum enim non ignotus illi*us* *sa*cricola nec recens cultor nec ingratus antistes, ac iam et prorsa et uorsa facundia ueneratus sum, ita ut p. 32 Kr. etiam nunc hymnum eius utraque lingua canam, cui dialogum similiter graecum et latinum praetexui, in quo sermocinab*u*ntur Sa*b*idius Seuerus et Iulius Persius, uiri (92) et inter se mutuo et uobis et utilitatibus publicis merito amicissimi, doctrina et eloquentia et beniuolentia paribus: incertum, modestia quietiores an industria promptiores an honoribus clariores. quibus cum sit summa concordia, tamen haec sola aemulatio et in hoc unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligat, atque summis medullitus uiribus contendunt ambo, uincitur neuter. eorum ego sermonem ratus et uobis auditu gratissimum ⟨*et*⟩ mihi composit*u* congruentem et ⟨*deo*⟩ dedicatu reli- f. 191a. giosum, in principio libri *fa*cio quendam ‖ ex his, qui mihi Athenis condidicerunt, percontari a Persio graece, quae ego pridie in templo Aesculapi disseruerim, paulatimque illis Seuerum adiungo, cui interim romanae

8 cf. Auson. prof. Burd. XXV 14, p. 67 Peiper.

1 ueneror] uenero *Kronenberg cll. de deo Socr. c.* 5 p. 10. 11 (*Goldb.*) 2 respicit *ed. Romana* strepit F φ 5 hym̃ F φ | ecce canam *scripsi* hęc canam F heccanam φ 6 iam ⟨pridem⟩ *scripsi* „iam *fortasse delendum*" *Kr.* 7 illius sacricola *Gulielmus* illis agricola F φ 11 sermocinabuntur *uulgo* sermocinabantur F φ sermocinantur *Kr.* | Sabidius *Scriverius* Safidius F φ | Persius] Perseus F φ 12 puplicis φ¹ 17 Karthagine F Cartaginē φ 20 ⟨et⟩ — 21 facio *emendauit Lipsius* mihi composite congruentem et dedicatur religio summo in principio libri ratio F φ | ⟨deo⟩ *addidit Kronenberg* 22 Perseo F φ 23 Esculapii φ

linguae partes dedi. nam et Persius, quamuis et ipse
⟨*latine*⟩ optime possit, tamen hodie uobis atticissabit. * * *

Asclepiades ille, inter praecipuos medicorum, si unum XIX
(93) Hippocratem excipias ceteris princeps, primus etiam uino
repperit aegris opitulari, sed dando scilicet in tempore:
euius rei obseruationem probe callebat, ut qui diligentis-
sime animaduerteret uenarum pulsus inconditos uel prae-
*celeres*. is igitur cum forte in ciuitatem sese reciperet et
rure suo suburbano rediret, aspexit in pomoeriis ciuitatis
funus ingens locatum plurimos homines ingenti multitu-
dine, qui exequias uenerant, circumstare, omnis tristissimos
et obsoletissim*o* uestitu. propius accessit, utin*e* cogno-
(94) sceret in ore *mortui*, quisnam esset, quoniam percontanti
nemo responderat an uero ut ipse aliquid in illo ex arte
reprehenderet? certe quidem iacenti homini ac prope de-
p. 33 Kr. posito *salutem* adtulit. iam miseri illius membra omnia
aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odore delibutum,
iam eum pollinctum, iam p*yr*ae paratum contemplatus
(95) enim, diligentissime quibusdam signis animaduersi*s*, etiam
atque etiam pertrectauit corpus hominis et inuenit in illo
uitam latentem. confestim exclamauit uiuere hominem:
procul igitur faces abi|cerent, procul ignes amolirentur,
rogum demolirentur, cenam feralem a tumulo ad mensam
referrent. murmur interea exortum: partim medico cre-

1 nam et Fφ namque *Kr.* 2 ⟨latine⟩ *cdd. seq. om.* Fφ | atticissauit Fφ 4 Hippocrate[3] F Hyppocratem φ 5 opi⌊tu⌋lari F 7 praeceleres *Stewech* praeclaros Fφ praeuaros *Kr. cum Scalig.* 9 pomẹriis F 10 collocatum *Brantz* 11 omnes φ 12 obsoletissimo *Vossius* obsoletissimos Fφ[1] | utine cognosceret *scripsi cf.* p. 186. 2, 96 O., p. 33. 8 Kr. (Flor.) ut incognosceret Fφ ut ipse cognosceret *Kr.* uti c. *Beyte* 13 in ore mortui *scripsi* more ingenii Fφ 17 unguinis φ | dilibutum F 18 pyrae *scripsi* pęnę F pene φ cenae *uulgo* | contemplatus enim, *ita interpunxi* contemplatus, etiam *Kr.* 19 enim Fφ cum *Oud.* | animaduersis *Kr.* animaduersit Fφ animaduertit φ 20 pertractauit φ 22 $\overset{1}{g}$ F igitur φ | abicerent *Stewech* ablgerent Fφ 23 fęralem F

dendum dicere, partim etiam inridere medicinam. postremo propinquis etiam hominibus inuitis, quodne iam ipsi here- (96) ditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, aegre tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem atque ita uispillonum manibus extortum uelut ab inferis postliminio domum rettulit confestimque spiritum recreauit [confestim] anima*mque* in corporis latibulis delitiscentem quibusdam medicamentis prouocauit.

XX Sapientis uiri super mensam celebre dictum est: 'prima', inquit, 'creterra ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad insaniam.' uerum enim- (97) uero Musarum || creterra uersa uice quanto crebrior quantoque meracior, tanto promptior ad animi sanitatem. prima creterra litterator*i*s rud*imen*to eximit, secunda grammatici doctrina instruit, tertia rhetoris eloquentia armat. hactenus a plerisque potatur. ego et alias cre- p. 34 Kr. terras Athenis bibi: poeticae commentam, geometriae lim-

5 cf. Met. X 12, p. 231. 8 et II 28, p. 43. 14 *et* Zeno Veron. I 1. 5, p. 10.
9 Suid. s. u. *οἶνος*. L. Diog. I 8, 103.

2 hominibus] omnibus *Stewech* 3 habebant F hab[b]eant φ auebant *Kr. cum Lipsio* 5 exortum φ[1] 7 [confestim] *exclusi* animamque *scripsi, potest etiam fuisse* rettulit, spiritum recreauit confestimque animam — 8 prouocauit, *Kr. post* recreauit *inserit* ⟨et⟩ 8 delitiscentem F delitescentem *Kr.* 10 creterra F *in mg. m. r. adscr.* c[e] cratera *cf.* p. 42. 18, Apolog. 467 O., p. 41. 18 Kr. | sęcunda F | hylaritatem φ 12 creterra F cretēa φ (*corr. m.* 2 *in* cretra) 13 promptior *scripsi* ꝓpior F *sed corr. ex* ꝓ[3]tior, promptior φ propior *Kr.* 14 creterra F cretra φ | litteratoris rudimento *Goldb.* litteratores rua..to F (*post* rua *est lacuna duarum litterarum, quae adscripta est* d. *solitum signum est corruptelae*) litteratores ruato φ litteratoris, ruditate *Kr. cum Colvio* 15 instruit] instrauit Fφ | rhetores F rethores φ 17 commentam] *corruptum uidetur, num fuit*: commotam *cf.* p. 183. 9, 90 O., p. 31. 7 Kr. (Flor.) cōmtam F comtam φ commixtam *Bosscha* | geometriae Fφ geometricae *Kr. cf.* p. 183. 1, 90 O., p. 31. 2 Kr. (Flor.)



(98) pidam, musicae dulcem, dialecticae austerulam, iam uero uniuersa*e* philosophiae inexplebilem scilicet ⟨*et*⟩ nectaream. canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satiras: Apuleius uester haec omnia nouemque Musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quam facultate, eoque propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est, ita ut contra in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta adhuc uindicantur, cruenta mente, pura manu. ergo sicut ad poenam sufficit meditari punienda, sic et ad laudem satis est conari praedicanda. quae autem maior laus aut certior, quam Carthagini benedicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, penes quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostentant, senes docent? Carthago prouinciae nostrae magistra uenerabilis, Carthago Africae Musa caelestis, Carthago Camena togatorum.

XX* (99) Habet interdum et necessaria festinatio honestas moras, f. 79b.
saepe uti malis interpellatam uoluntatem: quippe et illis, quibus curriculo confecta uia opus est, adeo uti praeoptent pendere equo quam carpento sedere propter molestias sarcinarum et pondera uehiculorum et moras orbium et salebras orbitarum: adde et lapidum globos | et cau- XXI
dicum toros et camporum riuos et collium cliuos. hisce igitur moramentis omnibus qui uolunt deuitare ac uecto-
(100) rem sibimet equum deligunt diutinae fortitudinis, uiuac*is* pernicitatis, id est, et ferre ualidum et ire rapidum,

2 uniuersae *Colvius* uniuersas F φ | inexplebiles—nectareas *Wower* | ⟨et⟩ *add. Colvius* 3 Enpedocles Fφ | dyalogos F 4 Epycharmus F Epicarmus φ | Xenocrates Fφ Xenophanes *Kr. cum Casaubono* Crates *Rohde* 5 satyras F 13 Karthagini F *sic us.* 15, 16 *et* 17 Karthago, *in* φ *ubique* Cartagini *et* Cartago, *nisi quod us.* 15 *habet* Kartago 14 pene F 17 cęlestis F celestis φ 24 riuiços φ 25 ac uictorem Fφ (*in mg.* φ *m. r. scr.* $\overset{e}{\text{c}}$ uectorem) *cf.* Met. III 26, p. 65. 7; VII 2, p. 143. 15 26 uiuacis] uiuace F *cf.* Met. VII 5, p. 145. 20 27 id est] idem Fφ

f. 191a. f. 79b. Ed. Oudend.

qui campos collesque gradu perlabitur uno, p. 85 Kr.

ut ait Lucilius: tamen cum eo equo [per] *concito uiam* peruolant, si quem interea conspicantur ex principalibus f. 191b. uiris nobilem hominem, bene consultum, bene ‖ cognitum, quanquam oppido festinent, tamen honoris eius gratia cohibent cursum, rel*eu*ant gradum, retardant equum et (101) ilico in pedes desiliunt, fruticem, quem uerberando equo gestant, eam uirgam in laeuam manum transferunt, itaque expedita dextra adeunt ac salutant et, si diutule ille quippiam percontetur, ambulant diutule et fabulantur: denique quantumuis morae in officio libenter insumunt.

XXII Crates ille Diogenis sectator, [qui] ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est: nulla domus ⟨*ei*⟩ unquam clausa erat, nec erat patris familias tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret, litium omnium et iurgiorum inter propinquos disceptator atque arbiter. quod Herculem olim poetae memorant monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse orbemque terrae purgasse, similiter ad- (102) uersum iracundiam et inuidiam atque auaritiam atque libidinem ceteraque animi humani monstra et flagitia philosophus iste Hercules fuit. eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus et ipse et claua insignis, etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extat. igitur, priusquam

1 C. Lucilii Sat. Rel. emend. L. Mueller. l. XIV f. 18 et 19. Fragm. Poet. Rom. ed. Baehrens p. 190 us. 349. 350.

2 eo equo concito uiam peruolant *scripsi* eo equo per uiam concito peruolant Fφ cum eo equo perquam concito peruolant *Rohde* eo *in* φ *add. m.* 2 | concito *in* φ *m.* 2 *corr. in* concitato 5 quanquam oppido festinent *cf.* p. 145. 4 6 releuant *Becichemius* reuelant Fφ 7 in pedes desiliunt *cf.* Met I 2, p. 2. 13 8 lęuam F leuam φ 12 [qui] *seclusi* 14 o ⟨ei⟩ *addidi cum edit. Vicent.* 16 lisium φ[1] 17 poete φ[2] poetã Fφ[1] 19 *post* purgasse *in* F ſ *erasa esse uid.* | aduersus φ 25 ⟨is⟩igitur *Rohde*

Ed. Oudend. f. 191b. f. 97b.

plane Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus est: lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata uestibulo: ipse bene uestitus, bene praediatus. post ubi intellegit nullum sibi in re familiari praesidium legatum, quo fretus aetatem agat, omnia fluxa infirmaque esse, quicquid sub caelo diuitiarum est, eas omnes ad bene uiuendum ⟨*nihil*⟩ quicquam esse * * *.

p. 36 Kr. Sicuti nauem bonam, fabre factam, bene intrinsecus XXIII compactam, extrinsecus eleganter depictam, mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, insigni carchesio, splendentibus uelis, postremo omnibus armamentis idoneis ad usum et honestis ad contemplationem: eam nauem si aut gubernator non agat aut tempestas agat, ut facile cum (103) illis ‖ egregiis instrumentis aut profunda hauserint aut scopuli comminuerint! sed et | medici cum intrauerint ad aegrum, uti uisant, nemo eorum, quod tabulina perpulchra in aedibus cernant et lacunaria auro oblita et gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantis, aegrum iubet, uti sit animo bono, sed, ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertrectat, uenarum pulsum et momenta captat: si quid illic turbatum atque inconditum offendit, illi renuntiat, male morbo haberi. diues ille cibo interdicitur: ea die in sua sibi copiosa domo panem non accipit, cum interea totum eius seruitium hilares sunt atque epulantur, nec in ea re quicquam efficit condi*tio*.

1 urbanos $\varphi^1$ thebanos $\varphi^2$ 2 famulicium $\varphi$ 4 intelligit $\varphi$ 6 celo F$\varphi$ 7 ⟨nihil⟩ quicquam *scripsi* quicquam F$\varphi$ nequicquam *Kr. cum Becichemio* 13 agat ⌊i⌋ $\varphi$ | ut] uic $\varphi^2$ 16 nemorum ⌊eo⌋ $\varphi$ | perpulcra $\varphi$ 20 manuũ $\varphi^1$ | pertractat F *cf.* Met. V 23, p. 111. 10 *et* VIII 7, p. 168. 10 pertractat $\varphi$ 21 *ante* si *m. r. in* $\varphi$ *supra uersum scr. et* 25 hylares $\varphi$ | sint *et* epulentur $\varphi^2$ 26 condicio *Floridus* condicione F conditione $\varphi$. *Subscriptio nulla extat neque in* F *neque in* $\varphi$. *In calce codicis* $\varphi$ *legitur*: F. Aretin.

*Summo iure antiquiores editores et interpretes Floridis adiungunt libellum, qui dicitur* 'Prologus' *libri* 'de deo Socratis'.

Ed. Oudend.

## [DE DEO SOCRATIS. PROLOGVS.]

[XXIV] Qui me uoluistis dicere ex tempore, accipite rudimentum Goldb. p. 1 post experimentum. quippe prout mea opinio est, (104) bono periculo periculum faciam, postquam *mi*re probata meditata su*nt*, dicturus incogitata. neque enim metuo, ne in friuolis displiceam, qui in grauioribus placui. sed ut me omnifariam noueritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio et incondito, experimini an idem sim repentinus, qui praeparatus; si qui tamen uestrum nondum subitaria ista nostra cognostis, quae scilicet audi*a*tis ⟨*oro*⟩ pari *f*a*u*ore, quo ⟨*quae*⟩ scribimus, uenia propensiore, quam ⟨*qua*⟩ legimus. sic enim ferme adsolet apud prudentes uiros esse in operibus elaboratis iudicatio restrictior, in rebus subitariis uenia prolixior. scripta enim (105) pensiculatis et examinatis, repentina autem noscitis simul et ignoscitis, nec iniuria. illa enim, quae scripta legimus, etiam tacentibus uobis talia erunt, qualia inlata sunt; Goldb. p. 2

5 cf. Festi fragm. p. 334 (M) et Petron. Sat. 4.
11 „solet — prolixior". Vincent. Bellovacensis. Spec. doctr. V 94 et Spec. hist. IIII 7.

*Nihil, quod ad argumentum, cum philosophicis habet commune, sed plane Floridis congruum est. Sequor autem Goldbacheri editionem meis huc illuc emendationibus insertis. Cf. quae scripsi* Mnemosyne. 1888 N. S. *uol.* 16, p. 156 *sqq.*

*Codices omnes* 'Prologum' *libro* 'de deo Socratis' *praemittunt cf.* inscriptiones cod. M(onacensis) 621: APVLEII PLATONICI MADAVRENSIS INCIP DE DEO SOCRATIS FELICITER *et* cod. P(arisini) 6634: APVLEI PLATONICI PHILOSOPHI MAVDARENSIS DE DEO SOCRATIS LIBER INCIPIT.

4 mire *Goldb.* re MMa. PLA reprobata G | sunt *Lips.* sum *cdd.* 7 lucilius ç schedio G 8 et *delet Wower* | *interpunctionem emendaui* incondito experimini, *uulgo* 10 subit. ista nostra nondum G A | cognoscitis MGAPL | audiatis ⟨oro⟩ *scripsi* audietis *cdd.* 11 fauore *scripsi cf.* p. 191. 2, 105 O., p. 2. 4 Go. labore *Go. cum cdd.* | quo⟨quae⟩ *inserui* quae 12 quam⟨qua⟩ *inserui* qua 13 esse prae in opibus M | rectior L 14 scriptu M[1]

Ed. Oudend.

haec uero, quae inpraesentiarum et quasi uobiscum pa*r*ienda sunt, talia erunt, qualia uos illa fauendo feceritis. quanto enim exinde orationi modificabor, ⟨*dum*⟩ uos animaduerto libenter audire! proinde in uestra manu situm est uela nostra sinuare ⟨*uel*⟩ etiam remittere, ne pendula et (106) flaccida neue restricta et caperrata sint. at ego quod Aristippus dixit, experiar — Aristippus ille Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socrati discipulus. eum quidam tyrannus rogauit, quid illi philosophiae studium tam inpensum tamque diutinum profuisset. Aristippus respondit 'ut cum omnibus' inquit 'hominibus secure et intrepide fabularer.' uerb*a* subito sumpta, quia sententia de repentino oborta est, quasi uelut in maceria lapides temerario *in*iectu poni necesse est neque interiecto intrinsecus pondere neque conliniato pro fronte situ neque (107) coniuentibus ad regulam lineis. quippe qui structor orationis huius egomet non e meo monte lapidem directim caesum adferam, probe omnifariam conplanatum, leuiter

10 Diogen. Laert. II 68.

1 et quasi uobiscum parienda sunt *Rohde cf.* Flor. p. 172. 22, 70 O., p. 23. 6 Kr. quem librum sperabo me commode posse conscribere, ⟨si⟩ siritis (scitis *cdd.*) eum hodie uobiscum parare (probare *cdd.*) uobis cumpareenda M uobiscum partienda Ma. PL uobis partienda A et quasi uobis conpartienda sunt *Go.* 2 fauendo *ed. Rom.* 1 faciendo *cdd.* 3 *post* modificabor *edd. inserunt* tanto a uobis in maius tolletur, *quae uerba cdd. non agnoscunt* ⟨dum⟩ *Wilamowitz* ⟨si⟩ *addidit Go.* 5 ⟨uel⟩ etiam *scripsi cf.* Met. VIII 16 p. 176. 9 | ⟨et⟩ etiam *Koziol* et iam *uel* etiam *cdd.* et iam *Go.* 8 quodque $P^2$ quoque $P^1$L | Socrati $A^2$ (*corr. ex* sacrati) M (*corr. m.* 1 *in* socratis) socratis Ma. 12/13 uerba subito sumpta, quia sententia de repentino oborta est *scripsi* uerbo subito sumpta sententia est, quia de repentino oborta est *Go.* ob orta P orbata G aborta A 14 iniectu *scripsi* interiectu *Go.* | interiecto] intersecto G 15 conlimato P collimato G 16 quippe qui] quippini *Wilamowitz* | conibentibus Ma. con hibentibus P cohibentibus LA | structor $P^2$ structum $P^1$L 17 directum MGAL 18 prope M | leuiter extimas oras *Salm.* (*nisi quod scr.* laeuiter) leuiter

extimas oras ad unguem coaequatum, sed *undique* operi adcommodem uel inaequalitate aspera uel leuitate lubrica uel angulis eminula uel rotunditate uolubilia, sine regulae correctione et mensurae parilitate et perpendiculi sollertia. nulla enim res potest esse eadem festinata [simul] et examinata nec est quicquam omnium, quod habere ⟨*possit*⟩ et laudem diligentiae simul et gratiam celeritatis.

⟨XXV⟩ Praebui me quorundam uoluntati, qui oppido *quam* a me desidera*bant*, ut dicerem ex tempore. *at* est hercule formido, ne id mihi euenerit, quod coruo suo euenisse Aesopus fabulatur, id erit, ne, dum hanc nouam laudem capto, paruam illam, quam ante peperi, cogar amittere. sed de apologo quaeritis; non pigebit aliquid fabulari. coruus et uulpes unam offulam simul uiderant eamque raptum festinabant pari studio inpari celeritate, uulpes cursu, coruus uolatu. igitur ales bestiam praeuenit et secundo flatu propassis utrimque pennis praelabitur et anticipat atque ita praeda simul et uictoria laetus sublime

5 Vincent. Bellov. Spec. doctr. V 94 et Spec. Hist. IV 7.

ex optimas oras P oras *post lac.* 8 *uel.* 9 *litt.* M leuiter ex optimis oris G A Ma. L

1 undique *Luetjoh.* cuique *cdd.* 2 lenitate M F 3 rotunda M G A P L 5 [simul] *omittit* Ma. *retinet Go.* 6 nec est G A Ma.$^{2}$ (*scr. m.* 2 *in spatio uacuo* 20 *litt.*) necesse est L P (*in.* P *m.* 2 *deleuit* esse) ⟨an uos ipsi uidistis unquam⟩ quicquam omnino *Luetjoh.* | possit A M$^{2}$P$^{2}$ *Vincent. Bellov.*; *post* habere *lacunam significat Go.* 8 praebui me quorundam *desunt in* M, *pro illis extat spatium fere* 20 *litt.* | qui oppido quam ex me desiderabant *Rohdius* (desiderabant *etiam Koziolius*) oppido, quae a me desiderabantur *Go. qui post* extempore *lacunam significauit*, A *habet pro* ex tempore: expetiuere, *idem uerbum in* P *m.* 2 *scr. super* ex tempore | at *Luetjoh.* et *cdd.* 9 hercule formido ne id *desunt in* M, *pro illis extat spatium* 14 *fere litt.* 11 laudem hanc nouam P L nouam laudem *desunt in* M, *pro illis extat spatium fere* 14 *litt.* 12 paruam] M G P$^{1}$L 13 sed] si A P$^{2}$ | piget me M 14 eamque raptum simul festinabant A 15 uulpis M$^{1}$G A *item* 193. 2

d. Oudend.

euectus in quadam proxima quercu, in summo eius cacumine tutus sedit. eo quoque tamen uulpes, quia *la*p*i*dem nequibat, dolum iecit. namque eandem arborem successit et subsistens, cum superne raptorem praeda ouantem uideret, laudare astu adorta est: 'nae ego inscita, quae cum alite Apollinis frustra certauerim, quippe cui iam pridem
(110) corpus tam concinnum est, ut neque oppido paruum neque nimis grande sit, sed quantum satis ad usum decoremque: pluma mollis, caput argutum, rostrum ualidum. iam ipse ales oculis perspicax, unguibus pertinax. nam de colore quid dicam? [nam] cum duo colores praestabiles forent, piceus et niueus, quibus inter se nox cum die differunt, utrumque colorem Apollo suis alitibus condonauit, candidum olori, nigrum coruo. quod utinam sicuti cygno cantum indulsit, ita huic quoque uocem tribuisset, ne tam pulchra ales, quae ex omni auitio longe praecellit, *deliciae facundi dei*, uoce uiduata muta uiueret et elinguis.' id uero ubi coruus audit, hoc so-
Goldb. p. 4 lum sibi prae ceteris deesse, dum uult clarissime clangere, ut ne id [hoc] saltem olori concederet, oblitus offulae, quam mordicus retinebat, toto rictu hiauit atque ita, quod uolatu pepererat, cantu amisit; enimuero uulpes,
(111) quod cursu amiserat, astu recuperauit. eandem istam

2 quia lapidem nequibat *Cod. Leid.* quia pedem nequibat *Luetjoh. Oud. secutus* quia alipedem ⟨sequi⟩ nequibat *Go.* qui alipedem nequibat MMaPL (alipidem M) quae a. n. GA  3 eadem L  5 astum adorsa GA  6 cui] cum PL  10 oculis persequax Ma.  11 [nam] *seclusit Wilamowitz*  14 candidum colori P  16 ales, quae ex omni auitio longe praecellit, deliciae facundi dei, uoce uiduata muta uiueret et elinguis *scripsi* deliciae MFA *cf.* Mnemosyne. 1888 p. 157 ales, quae—praecellit, uoce uiduata, delicie fac. dei, m. u. e. e. *Go.*  20 ut ne id saltem *scripsi cum* A ut ne id hoc saltem (saltim L) GFPL.....(*spatium* 28 *fere litt.*) hoc saltem M isthoc *Oud.* in hoc *Go. sed lectio nata est ex dittographia* $\overset{\text{hoc}}{\text{id}}$.  21 rictu] ore M  21 *et* 194. 3 uulpis GA  23 eandem eam MGA

fabulam in pauca cogamus, quantum fieri potest cohibiliter. coruus ut se uocalem probaret, quod solum deesse tantae eius formae uulpes simulauerat, crocire adortus, praedae, quam ore gestabat, inductricem conpotiuit.

[XXVI] Iamdudum scio, quid hoc significatu flagitetis, ut latine cetera materiae persequamur. nam et in principio (112) uobis diuersa tendentibus ita memini polliceri, ut neutra (113) pars uestrum, nec qui graece nec qui latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. quapropter, si ita uidetur, satis oratio nostra atticissauerit. tempus est in Latium demigrare de Graecia; nam et quaestionis huius ferme media tenemus, *et*, quantum mea opinio est, *p*ars ista posterior prae illa graeca, quae anteuertit, nec argumentis *er*it effetior nec sententiis rarior nec exemplis pauperior nec oratione defectior.

1 cohibentes GA cohibiliter coruus *desunt in* M, *extat pro illis spatium* 11 *fere litt.* 4 compotuit M *Post* compotiuit *legitur in* Ma. APVLEII MADAVRENSIS DE DEO SOCRATIS LIBER · I INCIPIT PROLOCVTIO, *in* M: EXPLICIT PRAEFATIO INCIPIT DISPVTACIO DE DEO SOCRATIS fl. 6 latine cetera materiae *Go.* cet. latine mat. GL cet. latine mat. Ma.PA*Bosscha* cet. latina mat. M cetera mat. latine *Mercerus* 7 uobis *edit. Rom.* 1 nobis *cdd.* | diuersa tendentibus *cf.* Met. II 29, p. 44. 23; VI 29, p. 140. 6 11 latium P (um *in ras.*) latinum MGAL 12 et *scripsi* ut *cdd.* | pars *scripsi* ars *cdd.* 14 erit *scripsi* sit *cdd.* | effe≋tior A effectior GL *cf.* p. 94. 10, 557 O., p. 80. 17 Kr. (Ap.) | radior L

# INDEX NOMINVM.

## [DE DEO SOCRATIS. PROLOGVS.]

# INDEX VERBORVM.